Τριάδος ὑπεροχὴν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, ἀλλ' εἰς τὸ πλῆθος ἀφορᾷν τῶν λειτουργικῶν καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων. Ἐγὼ δὲ τοῦτον τὸν λόγον μετὰ τοῦ ἐνέχεσθαι ταῖς προειρημέναις αἰτίαις, οὐδ' ὁρῶ τίνα χώραν ὅλως ἔχει παρεντεθῆναι ἐνταῦθα. Οὔτε γὰρ τὴν συμβουλὴν τοῦ ὄφεως διασύρει, οὐδὲ ἀγγέλων φύσιν ὑπελθεῖν ἔρωτά ποθεν λαβεῖν ὁ Ἀδὰμ ἐφωράθη. Οὐδὲ ἦν πολὺ πόρρω δόξης τῆς ἀγγελικῆς διεστὼς, κατὰ τὸν παράδεισον τὰς διατριβὰς ἔχων, καὶ τῆς ἀθανασίας ἐπί γε τῇ προνοίᾳ τοῦ Πλάσαντος ἀπολαύων : διὰ ταῦτα τοίνυν οὐ ῥᾴων εἰμὶ τῇ τοιαύτῃ τοῦ ῥητοῦ συνεπινεύειν ἑρμηνείᾳ · μάλιστα δὲ καὶ διότι περ τὸ ἀντὶ ὀνόματος παραλαφθὲν τοῦ λόγου μέρος εἰς τοιοῦτον σχηματίζεται τύπον. Τάχα δ' ἂν καὶ ἑτέροις τεθεώρηται τῶν εἰρημένων δειότερά τε καὶ τελειότερα. Ἐμὲ δὲ μήτε μνήμην ἔχειν τούτων ἡ τῶν πολλῶν καὶ ἀλλεπαλλήλων πειρασμῶν πληγὴ παραχωροῦσα, μηδ' εἰς ἔρευναν καθίστασθαι μηθεμίαν ἄδειαν παρεχομένη, εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων φθόνος συνέκλεισεν, ἃ παρῆν εἰπεῖν ἐξ ὧν συνεῖδον κατὰ τὴν σὴν φιλομαθεστάτην ἀξίωσιν οὐκ ἐπέσχεν οὐθεμία · καίπερ. . . . . σιγῆς πρόφασις · ἀλλὰ κατὰ μὲν ἐπιβολὴν κεφαλαιώδη καὶ σύντομον καὶ καιρὸν τοιοῦτον ἀρκέσοι τὰ εἰρημένα. Εἰ δέ τι καὶ σὺ τούτοις προσθείης οὐκ ἔλαττον σαυτῷ ἢ καὶ ἡμῖν γε ταῖς διδασκάλοις τὴν χάριν ἀνταποδοίης · ἴσως δ' ἄν τινος ἀφορμῆς παρὰ σοῦ πορισθείσης, καὶ ἡμῖν ἂν γένοιτο τῆς Μωσαικῆς θεοπτίας οὐ πόρρω τὴν σπουδὴν ἡμῶν διωθουμένης, μάλιστά γε καὶ τῶν συνεχόντων παθῶν εὐμενείᾳ τοῦ κρείττονος ἐλαττουμένων, σοφώτερόν τι περὶ τῶν προκειμένων διανοηθῆναι.

A nobis ; » non ad Triadis excellentiam referri, sed respicere ad multitudinem sanctarum et incorporearum potestatum. Ego vero, præterquam quod prædictis causis subjacet hic sermo, non video quem locum habeat hic interseri. Neque enim serpentis consilium obtrectat, neque angelorum naturam suscipiendi amorem concepisse Adam visus est. Non longe a gloria angelica stabat, dum in paradiso commorabatur et providentiæ Creatoris beneficio immortalitate fruebatur. Propterea non libenter tali hujus verbi explanationi acquiescerem ; præsertim quia pro nomine suscepta sermonis pars in talem transfertur figuram. Forte et ab aliis inventa sunt iis quæ dicta sunt diviniora et perfeB ctiora. Me vero neque etiam eorum memoriam tenere persuasit multorum et sibi succedentium conatuum ictus nullam ad investigationes statuendas securitatem præbens. Ad id enim nos hominum invidia perduxit ut quæ paratus eram dicere ex his quæ intellexi, juxta tuam dignitatem, dicere minime securum sit. Quamvis.... silentii prætextus. Sed pro brevi et summaria responsione et pro tali tempore hæc sufficiant dicta. Si autem et tu his adjiceres, non minus tibi quam nobis magistris tuis gratiam rependeres. Forsan vero si quiddam aggredereris ipse, Mosaica visione non procul ardorem nostrum removente, præsertim vero malis et continuis affectibus potentioris benevolentia imminutis, adesset aliquid sapientius de præcedentibus cogitari.

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΔ'.

Πῶς θελητός τε καὶ ἀθελητος τῷ Πατρὶ ὁ θάνατος λέγοιτ' ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ · καὶ πῶς πάλιν ὁ αὐτὸς συνέλθοι τῷ πονηρῷ θελητός τε ἅμα εἶναι καὶ ἀθέλητος.

QUÆSTIO XXIV [*al.* XXIII].

Quomodo et voluntaria et involuntaria Patri mors Christi dici queat fuisse. Et quomodo rursus accidat ut eadem mors diabolo voluntaria simulque involuntaria fuerit.

Edita a Maio, *Nov. Coll.*, t. I, p. 74.

α'. Ἡ μὲν οὖν ἀπορία γλαφυρωτέρας τινὸς θεωρίας ἀπαιτεῖ καὶ διακρίσεως λόγον · οὐκ ἔστι δ' ἀπρόσδεκτον ἐπικουρίας ἑκάτερον τῶν ἀπορουμένων, ἀξιόλογον ἐπιδειχθῆναι · δεῖ δ' οὖν ἐκεῖνα πρότερον εἰς τὴν ἐνισχύουσαν ῥοπὴν ἀναγαγόντας, οὕτω κατὰ τὴν προσήκουσαν τάξιν καὶ τὴν λύσιν ἐπάγειν πειρᾶσθαι · ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν βέλημα τοῦ Πατρὸς ἦν ὁ D σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ διδάσκει ἐν τῇ τοῦ θανάτου παραιτήσει λέγων · « Πλὴν οὐχὶ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω, » ἡνίκα τὸ πάθος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀληθείαν ἐπιδεικνύς, ἀπηύχετό τε καὶ ἀθέλητον ὠνόμαζεν · οὐ μόνον δὲ τότε, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, φρόνημα μὲν τοῦ Θεοῦ εἰπὼν τὸν ἑκούσιον θάνατον αὐτοῦ · φρόνημα δὲ διαβόλου, ᾧ δὴ καὶ ὁ Πέτρος, ἐξ οὗ καὶ τὴν ἐκείνου κλῆσιν κατεδικάζετο, τηνικαῦτα συνυπήγετο, εἰ καὶ μὴ ἐκ τῆς αὐτῆς διαθέσεως · ὁ μὲν γὰρ ἐκ φιλοστοργίας καιρὸν οὐκ ἐχούσης, ὁ δὲ τὴν ἡμῶν ἐξ ὧν ἐκακούργει καὶ ἐνήδρευε σωτηρίαν · ἀλλ' οὖν εἰς ἓν συνέρρεον, καίτοι γνώμης ἐκμαχο-

1. Quæstio hæc paulo altioris meditationis atque disceptationis orationem postulat. Neque argumenta desunt, quibus utraque dubitatio satis gravis demonstrari potest. Ergo opus est, ut primum dubia hæc suis singula momentis corroborata, exponamus ; deinde ut convenienti ordine ad eorumdem solutionem aggrediamur. Sane quod Patris voluntate crucem Christus pertulerit, ipse nos Servator certiores facit, dum necem ab se deprecans ait : « Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat [21] ; « quo tempore scilicet ut humanæ naturæ veritatem confirmaret mortem aversabatur sibique involuntariam aiebat. Neque tunc solum, sed etiam cum Petrum increpuit, Dei consilio mortem, quam sponte obiturus erat, decretam ait [22] ; diaboli autem molimine tunc prohibitam, itemque a Petro, qui ob id diaboli nomine ad ignominiam notatus fuit. Neque tamen eodem animi instinctu uterque ciebatur ; sed intempestiva benevolentia Petrus ; salutis nostræ odio ac persecutione diabolus. Cæteroqui reapse eodem conflue-

[21] Matth. xxvi, 39. [22] Matth. xvi, 23.

bant quanquam diversa mente perciti, nempe ut ne Christus pateretur : cujus passio humanæ naturæ passionibus medicinam fecit. Nam cum cerneret princeps malitiæ auctor illibatum illud Deoque dignum corpus physicis, quæ tamen dedecore omni carebant, passionibus obnoxium, insidias ei moliebatur, easque effectas dare studebat. Rursus in eo observans divinæ dignitatis splendorem per prodigia coruscantem, cohibebatur ac pedem referebat : ac modo Dominicam volens mortem, modo eamdem nolens, a versutia sua ad consilii inopiam transibat. Sed denique timorem vesania superavit. Nam cædium auctorem suus magis mos delectavit, quam timor inde oriens absterruit. Sic igitur evidenter sacræ nostræ Scripturæ prædicant voluntariam Patri mortem Filii fuisse, involuntariam autem diabolo. Et tamen quod idem diabolus crucis supplicium infligendum vel apprime curaverit, tum ex aliis conjecturis, tum ex hac indubia colligere licet, quia videlicet Judaicam ipse gentem ad facinus concitavit, quo Servatoris cædes peracta fuit. Atqui exploratum æque est, Filii passionem præter Patris voluntatem contigisse ; id quod progrediente oratione luculentius declarabitur.

2. Age vero, quæstionis jam statu proposito, sequitur ut mentis ratiocinio et consideratione noscamus, etiamsi forte circa eamdem rem, Dominicam nempe mortem, contraria dicantur, haud hæc tamen secundum modum eumdem dici. Namque unum dicitur, quatenus ærumna est quam Christus patitur; alterum, quatenus fructus paritur. Fructus autem ejus necis fuit, salus humani generis reconciliata, diabolique tyrannis deleta. Hinc patet hanc rem fuisse Patri placitam ac voluntariam, atque ejus totius erga homines providentiæ summarium. Quidni vero et illud perspicuum sit, Christi nimirum obitum ab inimici nostri voluntate alienum fuisse, eique cladem maximam intulisse ? Nam Filii cædes, qui erat naturalis passionis effectus, per se quidem Patri neque jucunda erat neque grata, imo indignationis apprime merens atque furoris ; sicuti e contrario nihil erat ex diaboli sententia magis, nihil eidem charius aut amabilius. Quamobrem clemens Servator illa precum suarum formula veniam iis qui se læserant cutrans ; « Pater, ait, condona illis hoc peccatum ; non enim animadvertunt quid agant[23]. » Adeo Filii cædes contra Patris voluntatem fiebat, ut multam huic iracundiam commoveret ; ac necesse fuerit læsum ipsum, deprecatorem fieri, quo rei pœnitentia expiati pœnas evaderent. Neque repugnat, Patrem Filii necem voluisse pariter ac noluisse : nam quod eam vellet, fructus præstantia in causa erat ; quod vero nollet, id facinus per se spectatum faciebat.

3. Nam veluti imperator si fortem militem cernat vulnera excipientem, vulneribusque hostium ordines consumentem, ipsomet belli duce prostrato ; lætatur equidem quod victoriam strenuus hic de adversariis

μένης ὡρμημένοι, τὸ μὴ βούλεσθαι παθεῖν τὰ πάθη τῆς ἀνθρωπίνης ἰάσατο φύσεως · ὁρῶν μὲν γὰρ ὁ τῆς κακίας γενεσιουργὸς τὸ πανάχραντον ἐκεῖνο καὶ θεοπρεπὲς σῶμα τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις ὑποκείμενον πάθεσι, τὴν ἐπιβουλὴν ἐβούλευέ τε καὶ εἰς ἔργον ἄγειν ἐσπούδαζεν · ὁρῶν δὲ πάλιν διὰ τῶν θεοσημείων τῆς θεϊκῆς ἀξίας τὴν αἴγλην ὑπεραστράπτουσαν, συνεστέλλετό τε καὶ ἀνεδύετο, καὶ πρὸς τὸ θέλειν τε ἅμα καὶ μὴ θέλειν τὸν Δεσποτικὸν θάνατον ὑποφερόμενος, τὴν μηχανὴν εἶχεν εἰς ἀμηχανίαν καταστρέφουσαν · ὅμως ἐνίκα τὸ θεῖλὸν ἡ ἀπόνοια · τῷ γὰρ τῆς μιαιφονίας τεχνίτῃ μᾶλλον αἱρετὸν τὸ σύνηθες, ἢ φοβερὸν ὁ ἐπιφυόμενος φόβος · οὕτω γοῦν ἐμφανῶς τῶν ἱερῶν ἡμῶν Λογίων θελητὸν εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν θάνατον ἀνακηρυττόντων τοῦ Υἱοῦ, ἀθέλητον δὲ τῷ πονηρῷ · τὸ γὰρ ὅτι παντὸς αὐτῷ μᾶλλον ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος ἠγωνίζετο, λαβεῖν ἔστι καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων καὶ ὅθεν οὐκ ἄδηλον · καὶ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐκείνου κακουργεῖν ἀνακινοῦντος, τὸν κατὰ Σωτῆρος ἐπαλαμῶντο θάνατον · ἀλλ' ὁμοίως μὲν ἐπίδηλον καὶ ὡς οὐχὶ τῷ Πατρὶ τὸ πάθος τοῦ Υἱοῦ θελητόν · ἔτι δὲ τοῦ λόγου προϊόντος, ἐπὶ πλέον δηλωθήσεται.

β'. Ἐπεὶ οὖν εἰς τάξιν ἦχθη ταῦτα διατυπώσεως, διαλογίζεσθαι προσῆκε καὶ σκοπεῖν, ὡς εἰ καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος τἀναντία λέγεται, τοῦ Δεσποτικοῦ, φημί, θανάτου, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον · ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε λέγεται, τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐκβεβηκότος · τὸ μὲν γὰρ ἐκβεβηκὸς διὰ τοῦ θανάτου, ἡ σωτηρία τοῦ γένους ἐπράχθη τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἡ καθαίρεσις · ὃ δῆλον ὅτι θελητόν τε τῷ Πατρὶ καὶ εὐδοκία, καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας συμπάσης περὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος τὸ κεφάλαιον · τοῦτο δὲ πῶς οὐκ εὔδηλον ὅτι καὶ τῷ ἐχθρῷ ἀθέλητόν τε καὶ ἐσχάτη πληγή ; τὸ μέντοιγε σφαγιασθῆναι τὸν Υἱόν, ὅπερ ἦν ἡ διὰ τοῦ πάθους προϊοῦσα πρᾶξις, καθ' ἑαυτὸ μὲν οὔτε ἡδὺ τῷ Πατρὶ οὔτε εὐπρόσδεκτον, ἀλλὰ καὶ λίαν ὀργῆς ἄξιον καὶ θυμοῦ · ὥσπερ δὴ τῷ πονηρῷ καταθύμιόν τε καὶ πάντων ἐρασμιώτατον τῶν τερπνῶν · διὸ καὶ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Σωτὴρ ἐν τύπῳ μεθοδεύων προσευχῆς τὴν ἄφεσιν τῶν ἐξυβρισάντων εἰς αὐτόν, « Πάτερ, φησὶν, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην · οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν · « οὕτω μὲν ἀθέλητον τοῦ Παιδὸς ἡ σφαγὴ τῷ Πατρὶ, καὶ πολλὴν τὴν ἀγανάκτησιν ἀνακινοῦσα · ὡς καὶ αὐτῆς δεῖσθαι τῆς δεήσεως τοῦ ἠδικημένου, ἐφ' ᾧ διὰ μετανοίας καθηραμένους, μὴ δοῦναι δίκην τοὺς ἠδικηκότας · καὶ οὐκ ἐναντίον τὸ θέλειν καὶ μὴ θέλειν τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα · τὸ μὲν γάρ, ἐκ τοῦ ἐκβεβηκότος καταρθώματος · τὸ δὲ, ἐξ αὐτῆς τῆς προκαταρχούσης λέγεται πράξεως.

γ'. Καθάπερ γὰρ εἴ τις στρατηγὸς τὸν ἀριστέα βλέπων δεχόμενον τραύματα, καὶ τοῖς τραύμασι τῶν ἐναντίων τὰς παρατάξεις κενοῦντα, καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν τοῦ πολέμου καταβάλλοντα, χαίρει μὲν οἷς

[23] Luc. XXIII, 34.

τὸ τρόπαιον κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὁ ἀριστεὺς ἵστηται, καὶ τοῖς τραύμασι πρὸς τὸ παράδοξον βλέπων τοῦ κατορθώματος οὐκ ἀλγύνεται· καθ' ἑαυτὰς δὲ τὰς πληγὰς λογισθεὶς, καὶ ταύτας ἐπιστρεφόμενος, οὐχ' ἡδέως ὁρᾷ τραυματίαν τὸν τὴν νίκην ἀναδησάμενον· οὕτω δὲ καὶ ὁ Πατήρ, οἷς μὲν ἑώρα τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους τὸν πολέμιον ταῖς ἐπὶ τοῦ σώματος πληγαῖς καταβάλλοντα, τῇ Θεῷ πρεπούσης εὐφροσύνης ἦν, καὶ ταῖς τοῦ Παιδὸς ἀνδραγαθίαις ἐσεμύνετο· οἷς δ' ὁ φίλτατος τετραυματισμένος ἦν ταῖς πληγαῖς καὶ τοῖς μώλωψι, καθ' ἑαυτό γε εἰς αἵρεσιν οὐκ ἀνέφερε· μᾶλλον δ' ἐνταῦθα πλέον τὸ τῆς θελήσεως, ἢπερ ἐν τῷ παραδείγματι· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀρχομένων τῶν τραυμάτων, ἐπείπερ ἀδηλος ἦν ἡ νίκη, μικρὸν τὸ θέαμα τῷ στρατηγῷ, τῆς τροπῆς τῶν ἐχθρῶν οὔπω παρούσης, κατεφαίνετο· ἐνταῦθα δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν τραυμάτων, μᾶλλον δὲ καὶ πρὶν ἢ τοὺς μιαιφόνους τὸν Σωτῆρα τοῖς τραύμασι ἐνυβρίσαι, λαμπρόν τε καθεωρᾶτο τὸ τρόπαιον, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἢ ὅτε τοῖς ἐναγεστάτοις ἐτολμᾶτο τὰ ἀτόλμητα· Θεῷ τε γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πάρεστι, καὶ ἡ γνῶσις ἀμφοῖν πρόεισι δι' ἴσου· οὐδὲν κατ' αὐτό γε τοῦτο τῶν ἐπιγενομένων, οὔτε τῶν πάλαι γεγονότων, οὔτε μὴν τῶν ἤδη παρόντων, τὸ ἔλαττον ἀποφερομένων· οὐδὲν οὖν ἄπορον ἔτι παραδέχεται, τὸ θελητὸν εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ καὶ ἀθέλητον· οὐδὲ τὸ σπουδὴν μὲν αὐτὸν εἶναι καταπραχθῆναι τῷ ἀρχηκάκῳ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐχθρῷ, πάσης δὲ μᾶλλον χαλεπωτέραν πληγὴν φέρειν τὸ προελθὸν πέρας ἀπὸ τῆς σπουδῆς· ὁ μὲν γὰρ πονηρὸς τῷ αἵματι χαίρων καὶ περιχανὼν τοῦ Σωτῆρος, οὔπω τῆς χαρᾶς τοῖς σπλάγχνοις ἐμβαθυναμένης, τήν τε ἀνίατον ἔσχε καταλαμβάνουσαν πληγὴν, καὶ τὸν ὄλεθρον ἀπαραίτητον· ὁ δὲ Πατὴρ οὐκ ἀρεσκόμενος αὐτόθεν τῇ τοῦ αἵματος χύσει, ἠρέσθη τε μάλιστα συμπροϊὸν τὸ τέλος ὁρῶν, καὶ περιχαρῶς προσεδέξατο· οὐκ αὐτὸ τοῦτο φιλῶν τὴν σφαγὴν τοῦ Παιδὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ τέλους, ὡς εἴρηται, καὶ ταύτην ἐξοικειούμενος, καὶ εἰς εὐδοκίας λόγον μεταποιῶν.

δ'. Καὶ ἔχεις κἀντεῦθεν εἰ βούλει καὶ ἀπορήματος παλαιοῦ πρὸς λύσιν ὁρῶσαν ἀναφυομένην ἀφορμήν· τὸ δὲ ἀπόρημα εἰ καὶ τοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν οὐκ ἄδηλον, ἀλλ' οὖν εἰς κοινὴν ἁπάντων γνῶσιν εἰπεῖν λυσιτελέστερον· εἰ λύτρον ἐδόθη τὸ σωτήριον αἷμα τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνάῤῥυσιν τοῦ γένους ἡμῶν μεθοδεῦον, τίς ὁ λαβὼν (38); Πατρὶ μὲν γὰρ οὐχ ἡδὺ τοῦ Παιδὸς ἡ σφαγή· τῷ δὲ λῃστῇ πῶς οὐ τολμηρὸν καὶ φονεῖ, δοῦναι Κύριον αἵματος γενέσθαι τοῦ δεσποτικοῦ; πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα τὴν διάλυσιν παραστήσει τοῦ ζητήματος, ὧν οὐκ ἄκαιρον ἴσως μετ' ὀλίγον ἐπιμνησθῆναι· τὸ δὲ διὰ τῶν ῥηθέντων προϊὸν, ὁ Πατὴρ μὲν δέχεται τὸ αἷμα τοῦ Παιδὸς πόθῳ τοῦ ἐκβεβηκότος· ὁ δὲ πονηρὸς ἐτόλμα μὲν καὶ ἐθρασύνετο λαβεῖν, ἀντέλαβε δὲ τῆς τυραννίδος

referat, neque ejus vulneribus, dum præclarum facinus spectat, dolet; sed tamen postea plagas ipsas per se considerans, atque his commotus, cruentam victoriam haud læto animo aspicit: sic Pater quatenus gentis humanæ hostem a Filio suo acceptis in corpore vulneribus profligatum videbat, dignam Deo lætitiam capiebat, Filiique fortitudine gloriabatur: quatenus vero charissimus ille plagis atque vibicibus onerabatur, id per se, inquam, æquo animo non ferebat. Cæteroqui plus voluntatis in passione Christi, quam in proposito exemplo versatum est. Nam quod attinet ad exemplum, dum vulnera quidem imponuntur, incerta adhuc, victoria, tetrum imperatori spectaculum est, nondum hostibus inclinatis; verum in Christi passione ipso vulnerum initio, imo priusquam cruenti illi Servatorem plagis afficerent, splendidum coruscabat tropæum: neque minore perspicuitate quam postea visum est, cum ii scelesti immane facinus jam perpetraverant. Quippe Deo futura quoque præsentium instar sunt, isque pari utriusque temporis scientia utitur: et seu quæ adhuc eventura, sunt, seu quæ jamdiu præterierunt, seu denique quæ in præsenti adsunt, æquali apud Deum conditione fruuntur. Jam nullam itaque dubitationem patitur, quod Filii obitus et voluntarius Patri fuerit et involuntarius. Rursus æque indubitatum est, studiose in facinus ab antiquo naturæ nostræ hoste fuisse curatum; itemque acerbissimam omnium cladem, re effecta, diabolum suo sibi studio intulisse. Etenim his qui Servatoris cruore gaudebat eique inhiabat, gaudio suo visceribus nondum recepto, mortiferum vulnus atque ineluctabile exitium perpessus est. Contra Pater, etsi sanguinis effusione illico non est gavisus, nihilominus, rei exitum spectans, summopere delectabatur, atque hunc eum ingenti lætitia exspectabat: haud sane quod Filii cædem per se ipsam expeteret; sed ob ejus fructum, ut diximus, hanc amplectens atque in rei placitæ locum ponens.

4. Porro autem hinc potes veteris quoque quæstionis dissolvendæ occasionem ultroneam, si libet, capere: quæ sane quæstio quanquam sacræ scientiæ studiosis non est incognita, nunc tamen non sine fructu ad communem omnium notitiam proferetur. Si pretii loco Servatoris sanguis datus fuit, qui nostri generis a captivitate redemptionem curaret, quis ejus receptor est? Patri certe haud erat grata Filii cædes: latroni autem et homicidæ diabolo quidni sit nefarium Dominici sanguinis potestatem tribuere? Aliæ quidem multæ quæstionis solutiones sunt, quas paulo post memorare non erit fortasse intempestivum: sed hæc sponte ex ante dictis fluit, quod nempe Pater Filii sanguinem boni fructus studio suscepit; diabolus autem cum furore et audacia ad

NOTÆ.

(38) Super hac quæstione celebratum postea fuit apud Græcos multorum episcoporum concilium, sub Manuele imp. Comneno, quod accurate commemorat etiam Ephræmius a me editus in Cæsaribus v. 4742 seqq. Ipsos prædicti concilii actus ego brevi editurus sum.

accipiendum raperetur, tyrannidis suæ vice versa perniciem retulit, atque inopinam et sine medela plagam : de qua pridem suspicans, partim quidem ad crucem ruebat, partim retinebatur atque a sacrilego impetu abstinebat. Atque adeo quæstio hæc jam non poterit piorum auribus esse molesta. Cæteroqui nihil vetat quominus nuper promissa faciamus. Redemptis pretium duplici sub notione considerare licet, nimirum ut captivorum redimias, atque ut captivorum Domino donum. Christi sanguis quatenus redimiarum vice fungitur, sane pretium redemptionis dici potest ; verumtamen quatenus donum mangoni est, illo nomine uti nequit. Et quidem alia multa redemptionis proprie dicto pretio insunt, quæ arcanæ huic et inenarrabili œconomiæ non congruunt. Siquidem qui pretium dedit, quia rei ejus deinceps dominus esse non potest, detrimentum necessarium patitur : contra qui accipit, lucro augetur, fitque rei dominus, quæ in ejus potestate antea non erat. Nunc omne contra est. Qui pretium obtulit (quandoquidem omnia in Dei potestate sunt, neque ipsius Abelis neque martyrum sanguis ab ejus providentia dominioque abfuit), hic, inquam, nullum cepit detrimentum. Nam quis omnino dicere velit, ab eo qui famulorum suorum, et quorum sanguis exhaustus fuit, curam gerit, quique mortuorum ut viventium clamores audit ; quis, inquam, dicat, salutarem et qui orbem vivificat sanguinem, in thesauris providentiæ suæ ab eo non fuisse incolumem conservatum, atque ab omni corporea corruptione protectum? Non igitur damnum pertulit qui pretium contulit : imo universi generis nostri clemens Jesus salutem lucratus est. Qui vero se accepturum putabat, dum de suo unice lucro cogitat, illam quoque amisit, cujus vires tantopere jactabat, tyrannidem. Quare Dominicus salutaris sanguis pretium revera redemptionis est, quia nos captivitate expedivit : sed idem a redemptionis pretio differt, tum quia illi, qui naturam nostram fraudulenter servitio oppresit, non est oblatus ; tum quia pretii quidem præclarum lucrum esse solet, nullo damno comite : attamen diabolo captivorum hero duplicatum potius summumque damnum evenit. Præterea redemptionibus aliis pacifica verba præeunt ; hic dum pretium redemptionis persolvitur, justum Dei judicium, quam firmissime olim decreverat in hostem pœnam, eam hoc potissimum tempore facinoribus ejus inflixit. Denique in cæteris redemptionibus fœdera quædam vel ad longum vel ad breve tempus feriuntur ; in hac, de qua agimus, nihil tale suspicari licet. Atque ejusmodi aliæ plurimæ differentiæ sunt. Quare fieri non potest ut oratio necessitatem præ se ferat, quemadmodum eam obtendere potest, cum vox redimiæ primario sensu intelligitur. Nam figurate hoc loco, si unquam alias, vox accipitur.

A αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν καὶ τὴν ἀπροσδόκητόν τε καὶ ἄνιατον πληγήν· ἣν καὶ ὑπιδόμενος, ἅμα τε ἐπεπήδα τῷ σταυρῷ, καὶ ἅμα συνεστέλλετό τε καὶ ἀφίστατο τῆς θεομαχούσης ὁρμῆς· καὶ οὐκέτι παρενοχλεῖν οἶμαι τὸ τῆς ἀπορίας ἰσχὺν ἕξει τὰς τῶν εὐσεβούντων ἀκοάς· πλὴν οὐδὲν κωλύει πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν ἐλθεῖν· ὡς ἐπεὶ τὸ λύτρον πρὸς δύο τινὰ τὴν ἀναφορὰν ὡς ἐπίπαν ἔχει, ῥύστιόν τε τῶν κατεχομένων εἶναι, καὶ δῶρον ὁρᾶσθαι τῷ κατέχοντι· ὡς μὲν ῥύστιον τῶν κατεχομένων, λύτρον ἂν εἴη τὸ σωτήριον αἷμα, ὡς δὲ δῶρον τοῦ κατέχοντος, οὐδαμῶς· ἐπεὶ καὶ πολλὰ ἄλλα τῷ κυρίως λεγομένῳ προστόντα λύτρῳ τῷ ἀφράστῳ ταύτῃ καὶ ὑπὲρ λόγον οὐ πρόσεστιν οἰκονομίᾳ· καὶ γὰρ ὁ μὲν τὸ λύτρον δεδοὺς, οὐκέτι δυνάμενος εἶναι Κύριος ὧν παρέσχε, τὴν ζημίαν ἔχει κατὰ τὸ ἀπαραίτητον ἀκολουθοῦσαν· κερδαίνει δ' ὁ λαβὼν [καὶ] καθίσταται δεσπότης ὧν πρότερον τὴν ἐξουσίαν οὐκ εἶχε· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν· ὁ μὲν καταθέμενος τὸ λύτρον (καὶ γὰρ πάντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ τοῦ Ἄβελ αἷμα, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν μαρτύρων ἔξω τῆς αὐτοῦ καθέστηκε προνοίας καὶ χειρὸς) οὐδὲν μὲν δηλονότι ἐζημίωται· τίς γὰρ ἂν ὅλως εἰπεῖν ἐνοήσῃ, ὡς μὲν τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ὧν ἐκενώθησαν αἱμάτων ἔστι λόγος αὐτῷ, καὶ μετὰ θάνατον ὡς ἀθανάτων βοώντων ἀκούει· τὸ δὲ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐν τοῖς ἀθανάτοις τῆς αὐτοῦ προνοίας ταμείοις συνέχει ἀνώλεθρον αὐτῷ, καὶ φθορᾶς σωμάτων ἀνέπαφον συντηρούμενος (39)· οὐκ ἐζημίωται τοίνυν οὐ μὲν οὖν ὅ τὸ λύτρον καταθέμενος, ἀλλὰ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν παντὸς ὁ φιλάνθρωπος προσεκέρδησε τὴν σωτηρίαν· ὁ δὲ λαβεῖν νομίσας, ὅτι λαβεῖν μόνον ἐνόμισε, καὶ αὐτὴν προσαπώλεσεν, ἐφ' ᾗ τε μέγα ἐφρόνει καὶ ἣν ἐνισχύειν ἐνόμισεν αὐτοῦ τυραννίδα· ὥστε τὸ σωτήριον καὶ δεσποτικὸν αἷμα καὶ λύτρου χώραν ἂν ἐπέχοι, ἀνεκομίσατο γὰρ ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τοῦ λύτρου παρελλάσσει, ὅτι μηδὲ προσενέχθη τῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀπάτῃ δουλωσαμένῳ· καὶ ὅτι ἐν μὲν τῷ λύτρῳ τὸ κέρδος ὁρᾶται μέγα, μηδὲ μιᾶς συνεπινοουμένης ζημίας· ἐν δὲ τῷ κατέχοντι τοὺς αἰχμαλώτους, διπλῆ μᾶλλον δὲ παντελὴς ἡ ζημία· εἰ βούλει δὲ καὶ διότι τῶν μὲν ἄλλων λύτρων συμβατήριοι προηγοῦνται λόγοι, ἐνταῦθα δὲ τοῦ λύτρου μελετωμένου, ἡ δικαία κρίσις ἐκ παλαιτάτου τῷ πολεμίῳ τὸ ἄσπονδον καταψηφιζομένη, ἔτι μᾶλλον τηνικαῦτα τὴν τοιαύτην ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἔπραττεν ἐπιβάλλει καταδίκην· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, σπονδαὶ πάντως ἢ ἐπὶ πολὺν ἢ ἐπ' ὀλίγον συνίστανται χρόνον· ἐν δὲ τῷ παρόντι λύτρῳ οὐδ' ἐπινοίᾳ λαβεῖν ἔστι ψιλῇ τοιοῦτόν τι προενηγμένον, καὶ πόσα ἄλλα τοιαῦτα· ὥστε χώραν ὁ λόγος προτείνεσθαι ἀνάγκην οὐκ ἔχει, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ κυρίως δύναται προβάλλεσθαι λύτρου· ἐκ μεταφορᾶς γὰρ ἐνταῦθα, εἴπερ ἀλλαχοῦ, παρείληπται ἡ φωνή.

NOTÆ.

(39) Notandus hic Photii locus propter famosam de sanguine Christi fuso versatam inter catholicos theologos quæstionem.

ε'. Καὶ δῆλον ὡς οὐ χρὴ βιάζεσθαι συνεφαρμόττειν A τοῖς κατὰ μεταφορὰν λεγομένοις, ὅτα πάντως παρέπεσθαι εἴωθε τῷ κατὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς θέσιν τῆς φωνῆς ὠνομασμένῳ· δεῖ γὰρ εἰς κοινὸν ἀναγαγεῖν τύπον, ἃ νῦν ἐπὶ τοῦ προταθέντος ἐγυμνάσθη προβλήματος· ὡς ἂν πρὸς πολλὰ εἴη τῶν αὐτὴν ἀπορίαν συνάγεσθαι δυναμένων, ἐξ ἑτοίμου καὶ καθολικωτέρας ἐφόδου τὴν λύσιν ἐπάγειν, καὶ τὸ συνταράττον ἀποσκευάζεσθαι, οὐ τοῦτο δέ φημι, ἄπαγε, ὡς τοῖς τροπικοῖς τῶν ὀνομάτων οὐ δεῖ κεχρῆσθαι· σύντροφος γὰρ ἡμῖν οὐ πολὺ τῶν κυρίων ἧττον ἡ χρῆσις αὐτῶν· καὶ εἴ τις ἀφέλοι ταύτας ἔκ τε τῆς ἀνὰ χεῖρα ὁμιλίας, καὶ ἐξ αὐτῆς γε τῶν συγγραμμάτων τῆς ἑρμηνείας, καὶ μάλιστά γε τὰς πολλὴν ἐχούσας τὴν ὁμοιότητα καὶ ἐγγύτητα πρὸς τὰς οὐδὲν τετραμμένον παρεχομένας, οὐκ ἐπὶ πολὺ ἧττον εἰς στενὸν κο- B μιδῇ τὴν τῶν λόγων συγκλείσει χρείαν· ὡς πολλὰ τῶν πραγμάτων μηδ' ἔχειν ὀνόματι δηλῶσαι, ἢ εἴ τις τὴν κυριότητα τῶν ὀνομάτων τῆς ἡμετέρας χρήσεως ὑπερόριον ποιήσει· οὔκουν ἀχρηστίαν ἔτι κατηγνώστεον τῶν ἀπὸ τῆς τροπῆς τὴν γένεσιν ἐχόντων ὀνομάτων· ἀλλ' ἐκεῖνο φαίην ἂν ὡς εἰδέναι χρὴ λέξεως ἰδίωμα κυρίως τε λεγομένης καὶ κατὰ μετάθεσίν τινα τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένης· καὶ χρῆσθαι μὲν ταῖς φωναῖς ὡς ἐπιτρέπει τὸ ἔθος, μὴ μέντοιγε τὰ ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενα εἰς τὴν αὐτὴν ἐξ ἀνάγκης συνάγειν τε καὶ σκνδιαπλέκειν φύσιν· μεγάλων γὰρ γένοιτ' ἂν τοῦτο σφαλμάτων αἰτία, καὶ ἀπορίαι δόξουσι προκύπτειν, ἀπορίας μὲν τῇ ἀληθείᾳ λόγον οὐδένα προβεβλημέναι, τῇ δὲ μὴ κατὰ λόγον χρήσει τῶν σημαινομένων, οὐ πρὸς ἑτέρους μᾶλλον ἢ καθ' C ἑαυτῶν τῶν οὕτω χρωμένων ταῖς φωναῖς τὴν ἀπορίαν ἐπινοούντων.

5. Profecto constat non esse adnitendum ut ad ordinem metaphoricorum trahamus ea, quæ prorsus sectari solent id quod appellatum fuit secundum primam vocis positionem. (Nam me jam oportet ad generalem formam redigere id quod hactenus de proposito themate disputavi. Sic enim licebit et aliis multis, quæ eadem perplexitatem creare possent, expedite et communiore ratione solutionem adhibere, atque obscuritatem avertere.) Cave autem putes, me verborum metaphoricorum usum interdicere : est enim nobis horum innata familiaritas, non minus propemodum quam eorum quæ proprio sensu efferuntur. Ac si quis ejus generis verba ex hoc ipso, qui in manibus est, tractatu, vel a Scripturarum enarratione submoveat, præsertim valde similia ac proxima illis, quorum nullus tropus est ; is haud multo secius artis admodum finibus sermonis usum concludet. Quin adeo multæ res sunt, quas ne nomine quidem appellare possumus, nisi proprietas nominum procul usu quotidiano submoveatur. Ego non licet inutilitatis accusare nomina illa, quæ a metaphora originem ducunt : sed vis potius cujusque vocabuli cognoscenda est, sive proprie usurpati, sive cum aliqua translatione rebus impositi. Atque verbis utendum est prout consuetudo fert, non autem illorum significantiæ ad eamdem naturam necessitate cogendæ et convolvendæ sunt. Hunc enim magni orientur errores, ac dubia passim emergent ; quæ quidem veram nullam perplexitatem exhibebunt, verumtamen ob absurdum significatuum usum, hi qui ita vocabula usurpant, non tam aliis quam sibi dubitationes creabunt.

ς'. Αὐτίκα μάρτυρας καλοῦμεν τοὺς ὑπεραθλήσαντας Χριστοῦ, καὶ τὰ αἵματα αὐτῶν προσαγαγεῖν φαμὲν τῷ Θεῷ καλῶς γε καὶ δικαίως· ἀλλ' ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀνομάτων ἑκάτερον λέγεται· ἀπὸ γὰρ, οὓς ἡ πολιτεία μάρτυρας καλεῖν οἶδεν οἱ πάρεισιν ἐπὶ βεβαιώσει τῆς κατὰ τὸν βίον ἀληθείας, καὶ πίστιν δι' ὧν ἴσασιν ἐπάγουσι τοῖς προτεινομένοις, ἀπὸ τούτων καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὰς ὀνομάζομεν μάρτυρας· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οὗτοι τὴν ἐνυπόστατον θεολογοῦντες ἀλήθειαν, ἐνώπιον τυράννων καὶ βασιλέων ἐμαρτύρησαν· καὶ προσενεγκεῖν αὐτῶν τὰ αἵματα τῷ Χριστῷ φαμεν, μετενεγκόντες τὴν προσφορὰν ἀφ' ὧν τε Ἄβελ ὁ δίκαιος τὰ τῶν ἀρνῶν ἐστεατωμένα, καὶ Ἀβραὰμ τὰ διχοτομήματα, καὶ τοὺς ἄρτους καὶ τὸν οἶνον ὁ Μελχισεδὲκ τῷ Ἀβραάμ· εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν δεκάτην τῷ Μελχισεδὲκ ὁ προσδεξιωθεὶς προσενήνοχε· καὶ δῆλον ὡς ἕκαστος τῶν προσενεγκόντων, ἕτερον προστήνεγκε παρ' ἑαυτὸν, καὶ μηδὲν ἀνιαρὸν ὑφιστάμενος, οὐδέ τι τῶν μελῶν περικοπτόμενος· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες οὔτε τι κεχωρισμένον προσήνεγκαν, οὐδ' ἀπαθεῖς τὸ σῶμα προσφέροντες ἔμειναν· ἀλλ' οὐδὲ κληθέντες ὑπό τινος, μαρτυρεῖν ἐφεστήκασιν, ἀλλ' αὐτοκλήτῳ γνώμῃ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ θεόλογον μαρτυρίαν ἐμαρτύρησαν· εἴ τις οὖν μὴ διαστείλας τὰ τοῦ μάρτυρος σημαινόμενα, ἐπὶ θατέρου τὰ τοῦ ἑτέρου συμ- D

6. Exempli gratia testes (martyres) vocitamus eos qui pro Christo certamen subierunt, eosque sanguinem suum obtulisse Deo dicimus. Præclare id quidem et merito : sed tamen sine metaphora neutra locutio est. Nam quia politica consuetudo testes appellat eos qui ad confirmandam quotidianarum rerum veritatem adsunt, fidemque quatenus sciunt suppeditant judicio certantibus, horum, inquam, exemplo religionis quoque athletis testium nomen imposuimus. Etenim hi revera substantialem veritatem theologica oratione coram tyrannis ac regibus testati sunt. Hosque obtulisse Christo sanguinem dicimus, metaphora oblationis ex Abele justo sumpta, qui arietum adipes ; et ex Abrahamo, qui divisas carnes ; nec non a Melchisedeco, qui Abrahamo panes et vinum obtulit ; imo et ab hoc qui susceptarum rerum decimas Melchisedeco attribuit. Cernimus autem singulos hos rem a seipsis diversam obtulisse, nihil molestum passos, nullisque suis membris amissis. Atqui Christi martyres nihil ab se alienum exhibuerunt, neque dum id sacrificium facerent, incolumia corpora retinuerunt. Sed neque ab aliquo postulati testimonio dicendo adfuerunt, verum ipsi spontaneo consilio mirum illud theologicumque testimonium præbuerunt. Si quis igitur indistinctis vocabuli *testis* significatibus, alterutri

id accommodabit quod alterius est, nonne aures imperitiorum quæstionibus onerabit ? Neque minus ipse se fallet, dum se quæstionem in medium proferre judicabit, quam reapse non rerum difficultas exhibet, sed ipsius imperita vocabulorum usurpatio. Dicet enim hic etiam, ut facile puto, si testes sanguinem offerunt, quis hunc recipit ? Si Christus, quomodo dici potest clemens hic sanguinibus hominum delectari ? Si diabolus recepit, curnam ii voluissent suum hosti sanguinem libare ? Ubinam vero judex, qui æquo jure cum disceptantibus agat ? Disceptantes autem, quorum alterutri testis ad victoriam testimonium dat, quinam sunt ?

7. Innumera ejusmodi a forensibus testibus sumpta ad sacros transferet testes, quicunque inepto studio quæstionum tenetur, aut quem in re seria fabulas venditare aut jocari non pudet. Atqui perfacilis solutio est, si ad primam dubitationum speciem dicamus, Christum quidem haud athletarum cruore sed mente delectatum, cædem eorum sanguinemque exhaustum recepisse. Neque facile minus dicas, cæsos fuisse pro Christo testes et sanguinem effudisse ; id enim proprie dicitur, non figurate. Verum dictiones *obtulerunt* et *offerebant* et aliæ ejusmodi, in verbis translatis numerandæ sunt. Neque igitur necessarium est exquirere cuinam obtulerint : sicuti nihil opus est quærere, quonam ii pacto dici queant obtulisse, quorum corpora exhausto sanguine exanimata fuerunt. Quomodo enim offerrent, cum nihil a se distinctum afferrent, secus ac fit ab illis qui proprie offerunt ? Hæc, inquam, omnia tantopere absunt a forma dubitativa, ut negligere satius sit, ne forte tibi videamur non immerito reprehendendi, quia cum ludentibus dimicemus. Nam sicuti in re seria ludere insanum est, sic in ridiculis serio agere dignissimum risu est. Si quæ vero locutiones absunt quidem a manifesta absurditate, neque semet ipsæ refutant, sed tamen perturbationem confusionemque multorum auribus creant, hominibus videlicet qui discernere nesciunt verba tropo carentia, ab iis quæ troporum legibus figurantur ; facilius, inquam, est si differentiæ earum considerentur, propulsare ac dissolvere umbratilis controversiæ subtilitatem Deligendæ igitur voces sunt, collocandæque quo loco adhiberi solent. Scire etiam oportet utramque circumstantiam, ita ut distincti serventur significatus et proprietas. Hinc specimen esto. Forensis testis dum uni e disceptantibus favet, alterum iniquum coarguit : at judex interim æquam sententiam hominibus reddit. Verum in sacro teste ubinam hic rerum status ? vel undenam libera dicendi copia ? Rursus athleta adversarium manibus pugnisque verberans, ac denique superans victoriæ coronam impetrat : hic autem qui percutitur ac vulneratur, flammaque aut ferro interficitur, vel aliis cruciatuum generibus, quæ carnificum contra humanam naturam crudelitas ob enceandos homines excogitavit, hic, inquam, victoriæ corona insignitur. Atque

A βιβάζειν φιλονεικήσει, ἆρ' οὐκ ἐκπλήσει ἀπορίων τὰ ὦτα τῶν ἀπειροτέρων ἀκουόντων ; σφαλεῖται δὲ οὐδὲν ἧττον αὐτὸς ἀπορίαν οἰόμενος προκομίζειν, ἣν οὐχ ἡ τῶν πραγμάτων δυσκολία παρέστχεν, ἀλλ' ἡ ἐκείνου τῶν ὀνομάτων οὐκ ἐν γνώσει μεταχείριστις· ἐρεῖ γὰρ κἀνταῦθα ῥᾴον, Τῶν μαρτύρων προσενεγκάντων τὸ αἷμα, τίς ὁ προσδεξάμενος ; Εἰ μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ πῶς ὁ φιλάνθρωπος ἀνθρώπων αἵμασιν ἐπαγάλλεται ; εἰ δ' ὁ πονηρὸς, καὶ πῶς ἠνέσχοντο τῷ ἐχθρῷ τὸ οἰκεῖον αἷμα σπείσασθαι ; ποῦ δ' ὁ κριτὴς, ὃς τὴν ἴσην γνώμην τοῖς κρινομένοις διένειμεν ; οἱ δὲ κρινόμενοι, ὧν ὁ μάρτυς θατέρῳ τὴν ἐπὶ νίκῃ ῥοπὴν παρασχεῖν ἐφέστηκε, τίνες ;

ζ'. Καὶ πόσα ἄν τις τοιαῦτα λαβὼν ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν μαρτύρων ἐπὶ τοὺς θεολόγους διαβιβάσειε μάρτυρας, ᾧ φορυτὸς ἔρως ἀπορίων, καὶ μυθολογεῖν καὶ παίζειν κἂν τοῖς σπουδαίοις ἀνύβριστον. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἔργον πρὸς τὸ πρῶτον σχῆμα τῶν ἀπορημάτων εἰπεῖν, ὡς οὐχὶ τῷ αἵματι τῶν ἀθλητῶν, τῇ δὲ γνώμῃ συναρεσκόμενος ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν σφαγὴν καὶ τὸ κενωθὲν αἷμα προσεδέξατο· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐπενεγκεῖν ὡς ἐσφάγησαν μὲν οἱ μάρτυρες ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεαν, τοῦτο κυρίως καὶ οὐ τροπικόν· τὸ δὲ προσήνεγκαν καὶ προσέφερον καὶ τὰ τοιαῦτα, ῥημάτων ἐστὶν ἐξοικειουμένων τὴν τροπήν· οὔκουν οὐδ' ἀναγκαῖον ἐπιζητεῖν τίνι προσήνεγκαν· ὥσπερ οὐδὲ ζητεῖν πῶς οἱ νεκρωθέντες τὸ σῶμα τῇ κενώσει τοῦ αἵματος δύναιντ' ἂν προσενεγκεῖν λέγεσθαι· πῶς δὲ προσέφερον, οὐχ ἕτερον προσάγοντες, ὅπερ ἐστὶ τῶν κυρίως προσφερόν-

B

C

τῶν ; τὰ γὰρ τοιαῦτα τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ διαπορητικοῦ τύπου, ὡς ἄμεινον ὑπεριδεῖν, μή ποτε ἄρα σοι δόξωμεν συμπλεκόμενοι τοῖς παίζουσιν, οὐκ ἔξωθεν τοῦ εἰκότος συνδιαβάλλεσθαι· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σπουδαίοις παίζειν ἀσύνετον, οὕτω πρὸς τὰ γελοιότερα σπουδάζειν καταγέλαστον· τὰ δὲ τῆς ἐμφανοῦς μὲν ἀτοπίας καὶ οἴκοθεν ἐχόντων τὸν ἔλεγχον ἀνακεχωρηκότα, ταραχὴν μὲν καὶ θόρυβον προτεινόμενα ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, καὶ οἷς οὐκ ἔστι κρίσις διαστέλλειν τῶν ἄνευ τροπῆς προαγομένων φωνῶν, ἃς ὁ τῆς τροπῆς νόμος ἐσχημάτισεν· ἐπεὶ ῥᾴδιόν ἐστι τοῖς τὸ διάφορον αὐτῶν ἐπεσκεμμένοις, ἀποκρούεσθαι καὶ διαλύειν τῆς δοκούσης ἀπορίας τὸ περίεργον· δεῖ δ' οὖν λέγειν μὲν τὰς φωνὰς καὶ τιθέναι ἐφ' ὧν ῥέρειν εἰώθαμεν· εἰδέναι δὲ τὰ ἑκάτερα παρεπόμενα, καὶ φυλάττειν αὐτῶν ἀσύγχυτον καὶ τὸ σημαινόμενον καὶ τὸ ἰδίωμα· ὁρᾷν δὲ ἔστι κἀντεῦθεν· ὁ μάρτυς ὁ πολιτικὸς ἕνα τῶν δικαζομένων συνίστων, τὸν ἕτερον συκοφάντην ἀπελέγχει τοῦ κριτοῦ τὴν γνώμην ἴσην διανέμοντος τοῖς προσώποις· ἐν δὲ τῷ θεολογοῦντι μάρτυροι, ποῦ σχέσις ; ἢ πόθεν ἔχει παῤῥησίαν ἡ τοιαύτη ; πάλιν ὁ ἀθλητὴς τὸν ἀντίπαλον χερσὶ καὶ πυγμαῖς παίων, καὶ κατακρατῶν εἰς τέλος, τοῦ νικητικοῦ τυγχάνει στεφάνου· ἐνταῦθα δὲ βαλλόμενός τε καὶ τιτρωσκόμενος, καὶ πυρὶ θανατούμενος ἢ σιδήρῳ, ἢ δι' ὧν ἄλλων ἐπενόησεν ἡ δήμιος ὠμότης κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοὺς ἀνθρώπους ἐξαγαγεῖν τῆς ζωῆς, τὰ τῆς νίκης ἐστὶν ἀναδούμενος διαδήματα· καὶ ἐπὶ μυρίων ἄλλων ἡ

D

διαφορά· πῶς οὖν οὐ παράλογον ἐν ἑκατέρῳ τῶν σημαινομένων τὰ αὐτὰ ζητεῖν ἐπιθεωρεῖν; καὶ ἃ προσῆν τῷ ἑτέρῳ, τὰ αὐτὰ θατέρῳ περιάπτειν ἐκβιάζεσθαι;

η'. Πολλὰ μὲν οὖν τῶν ἐπὶ διαφόρων πραγάτων ταττομένων ὀνομάτων ἐμφανεστάτην ἔχει τὴν διαφοράν· ὡς μηδέ τινα τῶν εἰς ἄκρον ἀναισχυντίας ἢ ἀσθενείας ἡκόντων χωρὶς αἰσχύνης ἢ εὐλαβείας μετενεγκεῖν ἐπὶ θάτερον ἃ τῷ ἑτέρῳ διωμολόγηται· πολλὰ δὲ κρύφιον φέρει τὴν ἑτερότητα, ὡς ὁ μάρτυς, ὡς ὁ ἀθλητής, ὡς τὸ λύτρον, ὡς τὸ τρόπαιον, ὡς τὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια, ὡς μυρία ἄλλα ἐφ' ὧν ἐστὶ ῥᾴον καὶ αὐτὸν πολλάκις ἀπάτης λαβεῖν τὴν ἀπορίαν παραδυόμενον, ἢ ἑτέροις τὴν ἀπάτην προάγειν ἐν τῷ λανθάνοντι· δεῖ δ' οὖν ἐκ τῶν ἐμφανεστάτην ἐχόντων τὴν παραλλαγὴν καὶ παντελῶς ἐπιπόλαιον τῶν προτεινομένων τὴν διάλυσιν, τὸν κανόνα λαβεῖν, καὶ ἀπευθύνειν τῇ κοινῇ μεθόδῳ καὶ ἃ πολλὴν τὴν ἐγγύτητα πρὸς ἄλληλα κεκτημένα, τὸ τῆς ἀπάτης σχῆμα πιθανώτερον προβάλληται, καὶ οὕτως ἀπ' ἐκείνων τὴν κρίσιν ἁπλανῆ καὶ ἐπὶ τούτων συνδιασώζειν· αὐτίκα τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· τὸ δὲ πτερύγιον οἷς μέλει τῆς Ἀττικῆς γλώττης, οἱ μὲν ἀετόν, οἱ δὲ καὶ ἀέτωμα καλοῦσι, καὶ στέγασμα φασὶν εἶναι τοῦτο τῶν ἱερῶν οἴκων, τῷ σχήματι τὴν πτῆσιν τοῦ ζῴου μιμούμενον, ὃ δὴ καὶ πτερὸν ἔνιοι καλοῦσιν· οἱ δὲ διαστέλλουσι τὸ πτερὸν καὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἀετοῦ τε καὶ τοῦ ἀετώματος· φασὶ γὰρ εἶναι τὸ δηλούμενον ὑπ' αὐτῶν, τὸ πρὸ τῶν ἱερῶν ἐκ λίθου πρὸς ὕψος ἀνατεινόμενον μᾶλλον κατεσκευασμένον οἰκοδόμημα· πλὴν ἀλλὰ γὰρ εἴ τις προτείνας τὸ πτερύγιον, διερωτῴη πότερον ἐξήπλωτο τῷ ἀέρι καὶ ὑπηρέτει κινούμενον τῷ ὄρνιθι τὴν πτῆσιν, ἢ συνέσταλτό τε καὶ συνεπτύσσετο, καὶ εἰς τὸ σχῆμα τῶν ἡρεμούντων τὸ πτηνὸν συνῆγεν, οἶμαι ἂν ἀντὶ τοῦ λύσιν αἰτεῖν τῆς ἀπορίας, γέλωτα παρασχεῖν· καίτοι γ' ἂν ἴσως καὶ ἐπινεωτερίσαιτο, ὡς ὁπότερον ἂν τις δοίη, ἀδύνατα λέγων ῥωσθήσεται· οὔτε γὰρ ἐκτεταμένον τὸ πτερύγιον ὄγκον σώματος καὶ βάρος ἐπιβαῖνον ἀνέχειν δύναται, οὔτε τὴν κατὰ συστολὴν θέσιν ἔχον· πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τὴν ἐπίβασιν ὅλως παραδέχοιτ' ἄν· ὥρα γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα προάγοντες ἀντὶ τοῦ συνάγειν εἰς ἀπορίαν ἑτέρους, οὐ πολὺ πρότερον ἑαυτοὺς εἰς χλεύην ἀπάγουσιν; Ἐρεῖ γάρ, οἶμαι, ῥᾳδίως καὶ τῶν ἐπιτυγχανόντων ἕκαστος, ὡς, Ὦ βέλτιστοι, ταῦτά που τὰ δριμέα διαπορήματα ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου σημαινομένου ἀπορίαν ἐμποιήσειεν, ἐνταῦθα δὲ καὶ οὐδ' ἕτερον ἔνεστιν εἰπεῖν, καὶ οὐδεμία φαίνεται πρόφασις ἀπορίας ἀνακύπτουσα· ἀπὸ γοῦν τῶν οὕτω περιφανεστάτην τὴν διαφορὰν ἐχόντων, εὐχερέστερόν ἐστι καὶ οὐδὲν ἐργώδες, καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκεκρυμμένην ταύτην φερόντων, τῷ κοινῷ χρωμένους κανόνι, τὰς ἀπορίας εἰς εὐπορίαν μεταβάλλειν.

θ'. Τρόπαιόν ἐστιν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ κατὰ τοῦ διαβόλου ἱστάμενον· καὶ τροπαίων τὸ λαμπρότατον, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ τύπος αὐτοῦ τῷ ἀέρι χαρασσόμενος, πᾶσαν αὐτῷ συμφυγαδεύει τὴν δύναμιν· καὶ οὐδήπου δεῖται βαθυτέρας περινοίας, εἴ τις εἰς ἀπο-

A aliæ præterea innumeræ differentiæ sunt. Quidni itaque sit absurdum, in utraque re significata easdem circumstantias exquirere? et quæ uni congruunt, easdem ad alteram vi pertrahere?

8. Multa igitur ex iis nominibus, quæ diversis rebus imponuntur, manifestissimam differentiam habent: quare nec ulli homines quanquam apprime impudentes vel ingenio imbecillo præditi, sine pudore aut metu transferre solent ad rem alteram quod alterius proprium est. Multa tamen subobscuram diversitatem continent, ut testis, ut athleta, ut redimiæ, ut tropæum, ut inferorum regnum, ut alia plurima: in quibus facilius est ipsum falli qui quæstionem ingredietur, quam aliis fucum facere in re latente. Oportet itaque ex iis quæ manifestissimam transmutationem habent, atque omnino tritam contradictionis suæ solutionem, normam sumere: atque ad communem methodum illa quoque exigere, quæ quia valde invicem propinqua sunt, erroris speciem credibilioris suppeditant: atque ita ex his certum judicium de aliis quoque facere. Exemplo sit πτερύγιον (pinnaculum) templis. Πτερύγιον Atticæ linguæ studiosi, alii aquilam, alii fastigium (aquilæ figura præditum) atque tectum esse aiunt sacrorum ædificiorum, cujus figura volantem avem imitatur: quam ædificii partem nonnulli etiam pinnam appellant. Alii distinguunt pinnam et pinnaculum [24] sive aquilæ sive fastigii. Aiunt enim his significari partem illam ædificii lapideam, altiusque elatam, quæ sacrarum ædium frons est. Si quis tamen pinnam seu pinnaculum inculcans, rogaret utrum id expanderetur in aere commotumque avis volatui faveret? an potius contraheretur atque complicaretur, avisque quiescentis speciem exhiberet? credo equidem excitatum iri-potius ab hoc risum, quam curatum ut quæstio solvatur. Fortasse etiam novo alio argumento utetur, nempe quod alterutrum quis concedat, impossibilia dicere deprehendetur. Nam neque extensa pinna gravitatem corporis pondusque impositum sustinere potest, neque item cum est complicata. Illud vero præcipuum, quod ascensum in aera non patitur. Nonne qui talia in medium ferunt, nedum aliis dubitationes haud creant, sed ipsos, se multo citius ludibrio objiciunt? Existimo enim quemvis facile sic dicturum: O boni, hæ peracutæ dubitationes cum aliis fortasse significatibus quæstionem conflabunt; hic tamen neutrum dici potest, nullaque ansa dubitandi hinc exsistit. Ex his igitur, quæ tam exploratam differentiam habent, facilius est nulliusque laboris, eorum etiam, quorum differentia abstrusior est, communi regula adhibita, perplexitatem perducere ad liquidum.

9. Tropæum est contra diabolum Christi crux excitatum; et quidem splendidissimum, quandoquidem vel ejus typus in aere impressum quamlibet cum illo potestatem fugat. Neque tamen altiore certandum est acumine, si quis forte de hoc voca-

[2] Matth. IV, 5.

bulo quæstionem aliquam conflandam susceperit : namque e superius dictis solutionem deprehendere perfacile est. Si crux, inquit, aliquis, tropæum est, quis id erexit ? nam si ipse victor, cur jam temere Judaico populo Christi cædes imputatur ? Quod si illud Judæi statuerunt (quod reapse extra aleam contentionis est) quonam pacto Christus contra diabolum constitnisse tropæum dicitur ? Item si quis de regno inferorum sermonem injiciens, pergat porro dicere : si est inferorum regnum, sine dubio intelligitur quoque rex. Et quidem ait Paulus [25] veritatis præco, regnavisse mortem ab Adamo ad Mosem, non in eos solum quorum peccatum secundum Adami similitudinem erat, verum in eos quoque qui ejus exemplo peccaverunt. Quod si rex est, regi autem lege et subditorum suffragio B dignitas attribuitur ; cui hæc dignitas suppetit, quomodo consentaneum sit, eum honoris loco perpeti justi muneris abdicationem ? Nam utraque locutio, et quidem ex eodem fortasse fonte, rem studiose pensantibus et dubitationem suppeditat et explanationem. Præcipue vero ex ante dictis prona responsio manat. Est enim satis exploratum, tropæi nomine dici crucem, a tropæo bellico voce translata : siquidem Christus præclare hostem vi propria superavit ; non autem quod ipse crucem constituerit : hanc enim sacrilega gens defixit ; neque uti tropæum de hoste, verum ut communis Servatoris supplicium, Sed tamen ille malitia eorum in victoriam de hoste versa, cruce, tanquam tropæo usus est. Neque igitur Judæorum impietas G tropæum statuit, neque rursus Servator hominum crucem sibi defixit : sed quod illi lignum ad Domini supplicium defixerant, hic ad salutem naturæ nostræ tropæi forma donavit. Item inferorum regnum dicitur, reginaque mors ; non quod decretis suffragioque subditorum dominatum in eos impetraverit ; hæc enim regis vocabulo proprie dicto conveniunt ; sed quia quam rex terrenus liberam potestatem in subditos suos exercet, eadem sibi mors peccati causa vindicavit : atque ob id et regina mors et inferorum regnum translatis appellationibus dici possunt. Et sane mortis erat in nos ante crucem potentia invicta, omni spe resurrectionis præcisa et exstincta : verum enimvero cum D Dominica passio vim illius omnino abstulerit, jure meritoque dicimus regnum ejus esse direptum.

ρίαν διαπλάσαι τὸ ῥῆμα προέλοιτο · ἐκ γὰρ τῶν προειρημένων, εὐφωρότατον ἔχει τὴν διάκρισιν οἷον εἰ τρόπαιον ὁ σταυρός, τίς ὁ στήσας τὸ τρόπαιον ; εἰ μὲν ὁ νικήσας, τί μάτην τὸ Ἰουδαίων ἔθνος εἰς χριστοκτονίαν διαβάλλεται ; εἰ δ' αὐτοὶ τοῦτον ἐπήξαντο · οὐδὲ γὰρ ἀμφισβητήσιμον τοῦτο · πῶς ὁ Χριστὸς κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον στῆσαι λέγεται ; Ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις λαβὼν τῷ λόγῳ τὰ τοῦ ᾅδου βασιλείας, δηλονότι τὸν βασιλέα συνεπάγεται. Λέγει δέ που καὶ Παῦλος ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ, ὡς ἐβασίλευσεν ὁ θανάτος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, οὐ μόνον ὧν ἦν τὸ ἁμάρτημα καθ' ὁμοιότητα τοῦ Ἀδάμ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς κατ' ἐκείνην τὴν μίμησιν ἁμαρτήσαντας · εἰ δὲ βασιλεύς, τῷ δὲ βασιλεῖ νόμος τε τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ τῶν ὑπηκόων ἐγχειρίζεται ψῆφος, ᾧ δὲ ταῦτα περίεστι, πῶς ἂν εἴη λόγον ἔχον τῆς ὅτι δικαίως ἐβασίλευε τιμῆς, ἀντὶ τοῦ γέρας προσλαμβάνειν, ὑπέχειν τὴν στέρησιν ; καὶ γὰρ ἑκάτερον τῶν εἰρημένων. ἴσως μὲν καὶ αὐτόθεν, τὴν ἀπορίαν τοῖς ἀκριβέστερον ὁρῶσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τὴν λύσιν προβάλλεται · μάλιστα δὲ ἐκ τῶν προειρημένων, ῥᾳδίαν ἔλκουσι τὴν ἀπάντησιν · καὶ γὰρ ἐπίθηλον τρόπαιον μὲν λέγεσθαι τὸν σταυρόν, ἀπὸ τοῦ κατὰ τοὺς πολέμους τροπαίου τῆς φωνῆς μετενεχθείσης · ἐπί γε λαμπρῶς καθεῖλεν ὁ Χριστὸς δι' αὐτοῦ τὸν ἐχθρόν · οὐ διότι δὲ τὸν σταυρὸν ἔστησεν · οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἔστησεν, ἐπήξατο μὲν γὰρ αὐτὸν τὸ θεομάχον ἔθνος, οὐχ ὡς τρόπαιον δὲ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλ' ὡς τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος κολαστήριον · ὁ δὲ τὴν ἐκείνων κακουργίαν εἰς τὴν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ νίκην ἀντιστρέψας, οἷα δὴ τροπαίῳ τῷ σταυρῷ προσεχρήσατο · οὔτε γοῦν τὸ τῶν Ἰουδαίων ἄγος τὸ τρόπαιον ἔστησεν, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ὁ Σωτὴρ τοῦ γένους ἑαυτῷ τὸν σταυρὸν συνεπήξατο, ἀλλ' ἐκείνων ἐπὶ κολάσει τοῦ Δεσπότου πηξαμένων, αὐτὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τρόπαιον μετετάξατο · καὶ ᾅδου δὲ βασίλεια λέγεται, καὶ βασιλεὺς ὁ θάνατος, οὐχ ὅτι θεσμοῖς καὶ γνώμῃ τῶν ἀρχομένων τὴν κατ' αὐτῶν ἔσχε κυριότητα, ταῦτα γὰρ τῷ κυρίως σημαινομένῳ διὰ τῆς τοῦ βασιλέως φωνῆς ἕπεται, ἀλλ' ἐπειδήπερ τῶν ἐπὶ γῆς ὁ βασιλεύων τὸ κράτος ἀδέσποτον φέρει κατὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα · τοῦτο δὲ ὁ θάνατος διὰ τῆς παραβάσεως ἥρπασεν · ταύτῃ δὲ καὶ βασιλεὺς εἶναι, καὶ τὰ τούτου βασίλεια λέγεσθαι μεταβεμένοις τὸ ὄνομα δύναται · καὶ ἦν μὲν αὐτῷ πρὸ τοῦ σταυροῦ καθ' ἡμῶν, ἄμαχος ἡ τοιαύτη ἀρχή, πᾶσαν ἀναστάσεως ἐλπίδα περικόπτουσά τε καὶ νεκροποιοῦσα, τοῦ δὲ δεσποτικοῦ πάθους τῆς ἰσχύος αὐτὸν παντελῶς ἀφελομένου, εἰκότως καὶ κατὰ λόγον φαμὲν ἐσκυλεῦσθαι τὰ τούτου βασίλεια.

10. Ergo licet, ut arbitror, alacri animo confidentique lingua dicere, voluntariam simul et involuntariam Patri accidisse Filii necem : et id utrumque de hoste quoque diabolo pronuntiari posse videmus. Dicimus insuper cruci Christum pro nobis subjacuisse, suumque sanguinem clementiæ instinctu profudisse : neque tamen cuiquam obtulisse : non enim ei propositum erat sanguinem offerre, sed passione sua quod perierat conservare. Non igitur

ι'. Ἔνεστιν οὖν, οἶμαι, γνώμῃ τε χαιρούσῃ καὶ παῤῥησιαζομένῃ γλώσσῃ λέγειν, ὅπως τε θελητὸν ἐστι καὶ ἀθέλητον ὁ θάνατος τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρί · καὶ ὅπως ἑκάτερον αὐτῶν περὶ τὸν πολέμιον ὁρᾶται λεγόμενον · καὶ ὡς μὲν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρὸν ὑπέστη, καὶ τὸ οἰκεῖον ὁ φιλάνθρωπος αἷμα ἐξέχεεν, οὐ προσήνεγκε δὲ τοῦτό τινι · οὐ γὰρ αὐτῷ σκοπὸς ἦν προσενεγκεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ πάθει τὸ ἀπολωλὸς ἀνασώσασθαι · οὐ προσήνεγκεν οὖν, εἰ μή τινι κατά μεταφο-

[25] Rom. v, 14.

ρὸν τὸ ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν αὐτὸν, φίλον ἐστὶν ὀνομάζειν προσενεγκεῖν· ἀκώλυτος γὰρ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς φωνῆς ἡ χρῆσις ἐν σχήματι λεγομένης τροπῆς· ὥσπερ κεκωλυμένον τῆς τὸ κύριον ἐχούσης προσηγορίας τὸ ἰδίωμα ἐπὶ ταύτης ἀπαιτεῖν· καὶ φανερὸν ὡς οὔτε προσήνεγκεν οὔτε προσέφερεν (10) ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου τὸ σωτήριον καὶ καθάρσιον αἷμα τοῦ γένους ἡμῶν· εἰ καὶ ὁ Πατὴρ ὁ διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ πάθους ἐκβεβηκὸς τερπομένῃ καὶ χαιρούσῃ γνώμῃ τὸ αἷμα τοῦ Παιδὸς ὑποδέξασθαι λέγεται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰ καὶ τῆς ἐλπίδος ἦν ὤδινεν ἡ ἐξαίνησις ἴσως μὲν ἐντελέστερον, πλήν γε κατὰ τὸν ἐπίτομον προενήνεκται τύπον· ἐπεὶ μηδ' ἐπιλέλησμαι κατὰ τὰς σχολαζούσας μελέτας τοῖς ἱερωτάτοις ἡμῶν δόγμασί πολλάκις ἀκοῦσαι τὴν σὴν ἀρετὴν φυλοκρινούμενα τὰ τοιαῦτα· καὶ ῥᾴων ἐστὶν ἐκ τῶν παρόντων εἴ τι καὶ λήθη τῶν λογισμῶν ἀφείλετο, εἰς τὴν τῶν παραλελειμμένων συνάγεσθαι μνήμην.

A obtulit : nisi forte cuipiam placet, passionem ejus pro nobis, figurate oblationem appellare. Nihil enim vetat ob vocabuli similitudinem, quominus eo utamur ex forma prædicti tropi : at vetitum contra est, propriæ strictæve appellationis characterem in eadem locutione exquirere. Sine dubio itaque neque offerebat neque obtulit Dei Agnus, qui mundi peccatum abstulit, sanguinem suum salutarem nostrique generis purgatorem : quanquam Pater, ob passionis utilitatem, libenti lætoque animo Filii sanguinem suscepisse dicitur. Jamvero etsi hæc forte supra spem postulationis tuæ paulo plenius disputata fuerunt, nihilominus eadem a summario dicendi genere non recedunt. Neque enim non recordor, tuam sæpe virtutem per scholasticas de augustis nostris dogmatibus exercitationes, hæc accurate digesta audivisse. Est autem facilius, si quid oblivio de cogitationibus nostris detrivit, ope eorum, quæ coram sunt, prætermissorum memoriam recuperare.

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΕ'.

Τίνος ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· « Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονε, » πότερον τοῦ συγγραφέως, ἢ τοῦ Ἀρχαγγέλου;

QUÆSTIO XXV [*al.* XXIX].

Cujusnam vox sit, quæ dicit : « *Hoc autem totum factum est* [26] ; » *evangelistæne, an archangeli ?*

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 4-6.

Ὅτι μὲν ἐκπλησσομένου καὶ θαυμάζοντός ἐστι τῶν ἔργων, καὶ τῶν λόγων τὸ ὑπερφυές, αὐτή τε τοῦ λόγου ἡ περικοπή, καὶ τῶν ὀνομάτων ἡ συνθήκη παρίστησι σαφῶς. « Τοῦτο γὰρ ὅλον γέγονε, » φησὶ, ἀντὶ τοῦ, πῶς ὅλον τοῦτο προῆλθε; Πῶς, ὦ τοῦ θαύματος! ἐφάνη τὸ ἔκπληκτον τοῦτο, καὶ γέμον ἐκστάσεως; Πῶς τοιοῦτον ἥλιος εἶδε; Πῶς ἀνθρώποις ἐπεγνώσθη τοιοῦτον; Καὶ ὅτι μετὰ τὸ ἀνακηρύξαι τό τε ἄσπορον τοῦ τόκου, καὶ τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος κλῆσιν, ἣν διότι σώζει, προσείληφε, τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τόγε οὐκ ἀπό τινων σωματικῶν νοσημάτων, οἷς καὶ ἰατρῶν πολλάκις χεῖρες ἐπήρκεσαν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν γε τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων τε καὶ μολυσμάτων ὧν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν καθάρσιον οὔτε ἴαμα τῆς θείας χωρὶς εὐμενείας τε καὶ ἐπινεύσεως· διὰ γοῦν τὸ εἰπεῖν τὸ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος, ἀπὸ τῆς κοινῆς εὐεργεσίας ὀνομασίαν, εὐθὺς ἐπήγαγε· « Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονε ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Ἀλλὰ ὅτι μὲν ἐκπληττομένου τε, καὶ θαυμάζοντος ἐστὶ τὸ ἄπειρον πέλαγος τῆς περὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος προνοίας ἡ προκειμένη φωνὴ, φανερόν.

Quod stupescentis animi, et factorum verborumque nobilitatem admirantis ea sit vox ; sublimis ipsa orationis particula, nominunque contextus luculenter ostendit. Profecto « hoc totum factum est » adhibuit pro quomodo id omne contigit ? Quomodo, (proh mirum !) hoc novitate percellens, et admiratione plenum apparuit ? Qui tale factum vidit sol ? Quo pacto innotuit hominibus ? Patet quoque quod, ubi nuntiatum est quod Filius sine semine foret, atque de Spiritu sancto conciperetur, sumeretque Salvatoris nomen, quod illi congruit, quia salvat populum suum, non quidem ab aliquot corporis morbis, quibus curandis vel medicorum manus sæpe sufficiunt, sed ab ipsis animæ ægrotationibus et vitiis, quorum inveniri nequit, excepta Dei benignitate et indulgentia, curatio et remedium : ubi scilicet hæc omnia, et Salvatoris nomen ex beneficiis unicuique collatis susceptum præmittit, protinus subjiciat : « Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per prophetam dicentem : Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel. » Porro quod obstupefacta mente, atque immensum pelagus divinæ erga humanum genus providentiæ demirante vox proposita oriatur, perspicuum est.

C

D

Εἴ τε δὲ ταύτην ἂν εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴ τε καὶ αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐδεμίαν ἐλάττωσιν οὐδετέρωθεν τὰ λόγια ἐπιδέχονται. Τὰ μὲν γὰρ μεγάλην τινὰ τάξιν ἔχοντα πολλάκις, εἰώθε καὶ ἐκ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος προσλαμβάνειν τὴν αὔξησιν· ἃ δὴ

Sive autem hanc angelus, sive evangelista pronuntiarit, nequaquam sermo alterutra ex parte auctoritatis imminutionem patietur. Quandoquidem contingit, ut quæ præclarum orationis ordinem habent, ex personarum quoque qualitate splendoris

NOTÆ.

(40) Hosti scilicet et mangoni generis humani; ut in præcedentibus Photius dixit. Nisi enim ita intelligatur, pugna quodammodo fiet cum iis quæ dicuntur a Paulo in Ep. ad Hebr.

[26] Matth. I, 22.

tum fructum, tum florem, tum folia producat (siquidem oportet in eos, qui sententiam tenent omnino contrariam, non unum argumentum ex comparationibus desumptum sed plura proferre, atque intempestivas earum argutias vanas ostendendo refellere) : quisnam enim folia in fructuum proprietatem detrudet ? Quis autem florem, quo recedente, ut plurimum, fructus procedere conspicitur, fructum appellet ? At is, qui speciei naturam, et naturæ operationes, eorumque, quæ in ipsis ingenita sunt, diversitatem non ignorat, in quampiam prædictarum rerum essentiam alteram transformare non potest atque transferre. Ita nempe vel in crassa operationum productionumque corporearum conditione alia item innumera, quæ ab uno prodire principio, et propriam retinere essentiam, nec invicem confundi observantur, propositæ in nostram fidem objectionis apertam refutationem depromunt et impietatis futilitatem ex iis, quæ ob oculos et in manibus habentur, commonstrant.

Porro autem si a natura ad artem gradum faciamus (atque animadverte quousque consensus cum natura, et in objectam a principio sententiam oppositio servetur), aliæ quidem atque aliæ similitudines occurrent, et præcipue figulus ex eodem luto et massa tam matulas, quam lances sacris aptas ritibus fingens tibi ostendetur. Profecto ne ipsos quidem profanos homines, opinor, reperies, qui harum supellectilium alteram in alterius usum, et nomen impudenter convertentes, etiam proprietatem alterutrius substantiæ confundant, nisi miserando mentis vulnere cum sanitatis desperatione premantur.

Quod si rursus ad hominem resilire libet, acrius illorum objecta insectaberis. Ex ipso enim humano ore tum sermo, tum vox funduntur, et parvo quidem discrimine per eadem organa formantur, et proferuntur. Profecto dum cætera sunt communia, sermo quidem a summitate linguæ, vox autem potius ab ejus radice creatur ; quodque majus est, et magis mirandum, sermo sine voce prodire non potest : imo etiam sermonis formam in ipsa ejus productione suffulcit, ac sustinet vox, quæ simul advenit, atque profertur. At enim licet tanta intercedat conjunctio atque commistio, tamen, quod sermo non sit vox, ii, qui recto pollent judicio, nulla unquam altercatione turbati tenebunt. Quibus argumentis et te innixum ipse ex apparenti extricans difficultate confirma, et eorum, qui cavillari volunt, futilitatem refrena (55).

NOTÆ.

(54) Pro ἐπιστομίζειν ita saltem est legendum, aut potius verbum aliquod finitum hic desiderari putarim.

(55) Causa cur Amphilochius interrogationem istam in medium protulerit, si hariolari fas est, hæc fuisse videtur. Ut primum Photianus error de Spiritus sancti processione in Græcis Ecclesiis erumpebat, eum orthodoxi innumeris insectabantur argumentis ; ac præsertim illo, quod scilicet, nisi a Filio Spiritus sanctus procederet, invicem confunderentur. Quare Amphilochius, qui hujusmodi inhærebat errori, ut Photio velificaretur, et sese extricaret a nodo, istud ἀπόρημα ipsi proposuit. Photius (uti postea etiam Scotistæ) asserere non dubitat ad Filii, et Spiritus sancti distinctionem sufficere, quod non eadem ratione ambo a Patre procedant. Jamvero

QUÆSTIO XXIX [*al.* XXVIII]

Si Baptisma Joannis peccatorum remissionem, ut S. Lucas scribit, præstabat, quidnam a Dominico Baptismate differebat ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΘ΄.

Εἰ τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ὁ ἱερὸς Λουκᾶς ἀναγράφει, παρεῖχε, τίς ἡ πρὸς αὐτὸ τοῦ Δεσποτικοῦ διαφορά ;

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 32. Dogmatica et exegetica

Quod Lucas a Deo afflatus verbum hujusmodi in iis, quas ipse conscripsit [24], evangelicis narrationibus expresserit, perspicuum est ; quod autem baptismati, quod mystico ritu ministrabat Joannes, hanc remissionem attribuat, non est æque perspicuum ; at vero id quidem mox diligentius inquirendum. Divus autem Matthæus, licet verbo non dicat « *remissionem peccatorum,* » tamen per locutionem, qua utitur, « *confitentes peccata sua* [25] », ipse quoque innuit remissionis peccatorum fuisse baptisima. Quorum enim operum confessio, dummodo vana non sit, est damnatio, et victoria, eorumdem remissionem quoque consequimur. Hæc quidem vel ipse scripsit, qui e Publicano factus est theologus. Beatus autem Marcus tantum abest, ut a Deiloquo Luca discrepet, ut potius ejus verborum fons non immerito videatur. Etenim « fuit Joannes, inquit, in deserto baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum [26].

Ὁ μὲν θεόσοφος Λουκᾶς, ὅτι μὲν τοιαύτην ἀναγράφει φωνὴν, οἷς αὐτὸς συνέταξεν εὐαγγελικοῖς λογίοις, οὐκ ἄδηλον· ὅτι δὲ τῷ βαπτίσματι, ὅπερ ὁ ἱερουργὸς ἐχρημάτισεν Ἰωάννης, τὴν ἄφεσιν, οὐκ ἔτι ὁμοίως δῆλον· πλὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐξῆς ἀκριβέστερον τεθεωρήσθω. Ὁ δὲ θεῖος Ματθαῖος φησιν, εἰ καὶ μὴ προτίθησι ῥήματι τὸ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ οὖν, δι' ὧν εἶπεν, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ αὐτὸς δίδωσι συνεπινοεῖν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν εἶναι τὸ βάπτισμα. Ὧν γὰρ ἡ ἐξομολόγησις, εἴπερ μὴ μάτην, τῶν πεπραγμένων ἡ κατάγνωσις καὶ ὁ θρίαμβος, τούτων κερδαίνομεν καὶ τὴν ἄφεσιν. Ἀλλὰ οὕτω μὲν καὶ ὁ ἐκ τελωνῶν θεολόγος. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος τοσοῦτον ἀπέχει διαφωνεῖν τῷ Θεορρήμονι Λουκᾷ, ὡς καὶ πηγὴ ἂν οὐκ ἀπεικότως δόξει τῶν αὐτοῦ ῥημάτων· λέγει γάρ, « Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. »

Ita prodeunt multis e locis testimonia, quibus fides remissionem peccatorum per Joannis baptisma iis, qui lavabantur, factam esse aperte docet ; eo vel maxime, quod nec ipse illam cæremoniam suo libitu susceperit, sed divini nutus eum ritum præscribentis factus sit exsecutor. Etenim Lucas, « Factum est, inquit, verbum Dei ad eum [27] » : imo etiam ipse Joannes veritatis prædicator : « Qui misit me, ait, baptizare [28] : » quæ utique omnia non modo Præcursoris baptisma divinæ donum clementiæ, verum etiam lustrationibus, sacrificiis atque cæremoniis Judaicis, per quæ Hebræi, tanquam in figura, culparum veniam merebantur, longe esse sublimius loculenter ostendunt. Quod si hoc baptisma illis præstantius erat, patet, quod et

Οὕτω πολλαχόθεν ταῖς μαρτυρίαις ἡ πρόοδος, δι' ὧν ἡ πίστις παῤῥησιάζεται ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα τοῖς βαπτιζομένοις, κατακράτεσθαι· καὶ μάλιστά γε, ὅτι μηδ' αὐτὸς τὴν πρᾶξιν αὐτῷ ἐνεχείρησεν· ἀλλὰ τῷ θείῳ πειθαρχῶν νεύματι τῆς ἱερουργίας ταύτης ἐγίνετο. « Καὶ γὰρ ῥῆμα Θεοῦ ἐγένετο, φησὶ, πρὸς αὐτὸν, » ὁ Λουκᾶς· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ, « Ὁ ἀποστείλας με, φησὶ, βαπτίζειν· » ἃ δὴ πάντα σαφῶς παρίστησι δῶρόν τε εἶναι θείας εὐμενείας τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν περιῤῥαντισμῶν τε, καὶ θυσιῶν, καὶ τελετῶν ὑψηλότερον, δι' ὧν ἐκεῖνοι τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἐν τύπῳ, ἠξιοῦντο τῆς καθάρσεως. Εἰ δὲ κρεῖττον ἐκείνων τοῦτο, δῆλον, ὡς καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐχαρίζετο. Ὁ γὰρ προσῆν

[24] Luc. III, 3. [25] Matth. III, 6. [26] Marc. I, 4. [27] Luc. III, 2. [28] Joan. I, 33.

NOTÆ.

quisque videt, quam sint ineptæ comparationes, quibus ille innititur ; cum res, quas in exemplum adducit, non per diversum processionis modum, sed per materiem individuantem, et formæ diversitatem distinguantur, quæ omnia in divinis personis locum non habent : imo interdum uti videre est apud D. Thomam p. I, quæst. 36, art. 3. ad 1, similitudines propositæ contra Photium potius faciunt. Verumtamen ut omnes Photianæ evanescant offuciæ, operæ pretium duco contrarium D. Thomæ hac de re argumentum huc attexere : *Respondeo dicendum quod necesse est dicere Spiritum sanctum a Filio esse. Si enim non est ab eo, nullo modo posset ab eo personaliter distingui : quod ex supra dictis patet. Non enim est possibile dicere quod secundum aliquid absolutum divinæ personæ ab invicem distinguantur ; quia sequeretur, quod non esset trium una essentia. Quidquid enim in divinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo quod solum relationibus divinæ personæ ab invicem distinguantur, Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quod sunt oppositæ : quod ex hoc patet, quia Pater habet duas relationes, quarum una refertur ad Filium, et alia ad Spiritum sanctum : quæ tamen quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad unam tantum personam Patris pertinent. Si ergo in Filio et Spiritu sancto non esset invenire duas relationes, quibus uterque refertur ad Patrem, illæ relationes non essent ad invicem oppositæ ; sicut neque duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Unde sicut persona Patris est una, ita sequeretur quod persona Filii, et Spiritus sancti esset una, habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris. Hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem Trinitatis. Oportet ergo quod Filius, et Spiritus sanctus ad invicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in divinis aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis, ut supra probatum est : oppositæ autem relationes originis accipiuntur secundum principium, et secundum quod est a principio. Relinquitur ergo quod necesse est dicere, vel Filium esse a Spiritu sancto (quod nullus dicit), vel Spiritum sanctum esse a Filio, quod non confitemur.* Ibid. art. 2, in corp.

τῷ ἐλαττονι, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον ἐνυπάρξει τῷ μείζονι ; A

criminum remissionem largiretur. Id enim quod inerat minori, quomodo in majori multo magis non invenietur ?

Καὶ οὐδέπου γε διότι τῶν βαπτισμάτων ἑκάτερον τότε Ἰωάννου, καὶ τὸ Δεσποτικὸν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐχαρίζετο, διὰ τοῦτο τὴν ἐν αὐτοῖς ἀγνοητέον διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ αἱ νομικαὶ θυσίαι, καὶ αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ βαπτίσματα, διότι τῶν ἁμαρτημάτων ἐχορηγάτιζον κάθαρσις, διὰ τοῦτο καὶ τὸ Ἰωάννου μηδὲν αὐτῶν διαφέρειν ἀπαιτήσουσιν · ἀλλὰ ὥσπερ ὁ Πρόδρομος « μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, » οὕτω τὸ βάπτισμα αὐτοῦ μεῖζον τῶν νομικῶν · ἐπεὶ καὶ ὅσον πρὸς τὸ ἔλαττον ὑποστέλλεται ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, ὁ κῆρυξ τοῦ κηρυττομένου, ὁ πρόδρομος τῆς βασιλικῆς παρουσίας, ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου, τοσοῦτον καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, εἰ καὶ κάθαρσιν B παρεῖχεν ἁμαρτιῶν, τὸ ἐνδεέστερον πρὸς τὸ Σωτήριον ἀποφέρεται. Πρόδρομός ἐστιν ἐκεῖνος τοῦ βασιλέως πάντων, καὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας κῆρυξ, καὶ τίμιος ὁ ἀνὴρ, καὶ « μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν · » πρόδρομός ἐστι καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ τοῦ Σωτηρίου καὶ παγκοσμίου βαπτίσματος · καὶ τῶν φθασάντων μὲν ἐντελέστερον, πολλῷ δὲ τοῦ μέλλοντος ἐνδεέστερον · καὶ καθαίρον μὲν ἁμαρτίας μᾶλλον (56), ἅπερ ὁ νόμος, οὐκ ἐν πυρὶ δὲ καὶ Πνεύματι, ὅπερ ἡ τελείότης · τῆς Δεσποτικῆς γὰρ ἐστι μόνης καὶ ἱερουργίας, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ Θεῷ πρεπούσης δυνάμεως τοῦτο δῶρον καὶ χάρισμα.

Neque vero quia utrumque baptisma, Joannis scilicet et Christi, sceleribus remittendis valebat, propterea nulla inter ea differentia debet agnosci. Non enim et legales victimæ, et cæremoniæ, lotionesque, quia mundationem scelerum præstabant, idcirco nihil a baptismate Joannis distare contendent : sed quemadmodum « Major inter natos mulierum [29] » erat Præcursor, ita ejus baptisma legalibus antecellebat ; propterea etiam quanto vox verbo, prædicator prædicato, præcursor rege præsente, et servus domino minor apparet, tanto et Joannis baptisma, tametsi delictorum veniam daret, inferius reperitur, ubi cum Dominico comparatur. Ille est regis omnium Præcursor, communisque salutis prædicator, virque honore dignus, et « Major inter natos mulierum ; » Præcursor est pariter ejus baptismus Dominici, et universalis baptismatis, atque omnibus quidem priscis ablutionibus perfectior : instituendo autem baptismo longo inferior intervallo ; culpasque magis quam scripta lex, emundabat, non tamen in igne et Spiritu sancto, quod perfectionem constituebat : unius quippe Dominicæ operationis, et clementiæ, et Deo dignæ virtutis est hoc donum atque charisma.

Ἐπεὶ οὖν τῶν ὑψηλοτέρων τούτων οὐδέν περ ἐστὶ τῆς τοῦ Ἰωάννου κατὰ τὸ βάπτισμα τελετῆς, διὰ τοῦτο καὶ τινες τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πατέρων ἐθάρρησαν C ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰπεῖν μὴ παρέχειν αὐτό. Πολλὰ γὰρ τῆς χάριτος τοῦ κατὰ τὸ Σωτήριον ἀπολείπεται βάπτισμα, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνο συγχρίσεως · ἐπεὶ τῆς ἴσης δωρεᾶς ἀπεκρίνετο, καὶ τῆς ὁμοίας οὐκ ἦν χορηγίας οὐδαμόθεν καθάρσεως. Εἰκότως οὖν οὐδὲ τὴν ἄφεσιν αὐτῷ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπελείποντο. Τοῦ γὰρ μακαρίου Μάρκου λέγοντος, καὶ τοῦ ἱεροκήρυκος Λουκᾶ συνᾴδοντος ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἶναι παρεκτικὸν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, πῶς (εἰ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον, ἀλλὰ μὴ, ὃν ἡ σύγκρισις τὸ τραχὺ τῆς ἀντιλογίας διαπραΰνουσα παραδέχεται) οὐκ ἂν αὐθαδείας ὑπαίτιον ἦ τὸ μὴ παρέχειν αὐτὸ κάθαρσιν τῶν ἁμαρτημάτων διισχυρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν νομικῶν καὶ' αὐτό γε τοῦτο πολὺ διελέγχειν εὐτελέστερον ;

Itaque cum nulla harum sublimiorum proprietatum in baptismatis Joannis cæremonia locum habeat, ideo etiam nonnulli sanctorum Patrum nostrorum per eam non remitti peccata asseverare ausi sunt. In mullis enim a gratia, quam Christi baptisma confert, et a dignitate cum ipso comparata deficit ; siquidem in beneficii paritate distinguebatur, eademque emundationis copia nequaquam pollebat : unde fortasse ne remissionem quidem peccatorum ipsi reliquerunt. Enimvero cum beatus Marcus testetur, et sacræ præco doctrinæ Lucas consentiat, quod Joannis baptisma remitteret peccata : quomodo (si quovis alio pacto res se habeat, quam isto, quo nostra interpretatio salebrosam contradictionem imminuit, et admissibilem reddit) non esset temeritatis nota inurendus, qui remissionem peccatorum Joannis baptisma non tribuere contenderet, illud tamen hac ipsa quoque in re veteris legis cæremoniis mirum quantum perfectius vellet arguere ? D

Τοῖς δὲ γένοιτο ἴσως καταφυγὴ καὶ τὸ τοῦ θεοσόφου Λουκᾶ ῥητὸν διὰ τοῦ μακαρίου Μάρκου ἐξευμενίζεσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς δοκοῦσαν διαφωνίαν ἐκτρέπεσθαι. Τὸ γὰρ, « Κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » οὐχὶ τὸ αὐτουργούμενον βάπτισμα παρὰ τοῦ Προδρόμου εἴποιεν ἂν παραδηλοῦν · ἀλλ' ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος εἶναι παραστατικὸν οὗ κῆρυξ ὁ Ἰωάννης ἀπέσταλτο. Καὶ γὰρ τὸν

His autem Patribus perfugium fortasse patere poterit, et divinitus edocti Lucæ oraculum cum beato Marco conciliare, et apparentem inter eos dissensionem declinare licebit. Poterunt enim affirmare, quod verbis « prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, » nequaquam baptisma a Præcursore administratum significetur, sed illud portendatur, cui prædicando ipse missus erat.

[29] Matth. xi, 11.

NOTÆ.

(56) Hoc adverbium sensu postulante supplendum putavi.

Etenim sanctum Marcum de Joannis quidem baptismate hi dixisse inquient, « Fuit Joannes baptizans in deserto ; » in verbis autem « Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum » Redemptoris putabunt nuntiasse baptismum. Atque ita profecto dixerint beatum Marcum utrumque distinxisse baptisma, ipsumque testari illud remissionem peccatorum non præbere, neque eam suo baptismati fuisse a Joanne attributam : siquidem propterea Joannem opinantur ingenuam illam Deoque obsequentissimam sententiam protulisse : « Ego quidem baptizavi vos in aqua, ipse autem baptizabit vos in Spiritu sancto [30]. »

A ἱερὸν Μάρκον περὶ μὲν ἐκείνου λέγειν, « Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ · » ἐν δὲ τῷ, « Κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » τὸ Σωτήριον ἀνακηρύττειν βάπτισμα. Καὶ οὕτω φαῖεν ἂν τὸν μακάριον Μάρκον ἑκάτερον τῶν βαπτισμάτων διαστείλασθαι ἐπιμαρτυρούμενον μὴ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν, μηδ' αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸ βάπτισμα παρεχόμενον · διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰρηκέναι φιλαλήθει τε καὶ θεοσεβεστάτῃ γνώμῃ · « Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

Quod si Marcus baptismatum distinctionem aperte nos docuit, dum baptismati quidem Servatoris ascribit, quod peccata dimitteret, et Spiritu sancto conficeretur ; Joannis autem, quod aqua fieret, et baptisma nuncuparetur : perspicuum est Lucam quoque cum socio Evangelii, historiæque scriptore consensionem servare, et sic etiam intemeratam veritatis auctoritatem custodire : quodque ille narrat : « Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum [31], » intelligendum esse neutiquam de illo baptismate, quod manus Præcursoris administrabant, sed de eo, quod Salvator ac Dominus noster instituebat, quodque animæ maculis baptizatos omnes emundabat. Enimvero paulo post Lucas ipse Joannem his verbis loquentem inducit : « Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus ; » deinde ad pandendam Dominici baptismatis præstantiam, « ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [32]. Præterquam quod Marcus quoque, postquam alibi narrasset Pharisæos Sadducæosque ab ira ventura fugisse (neque aliud aderat effugium, quam ad baptisma sese recipere) : « Facite, subjicit, fructus dignos pœnitentiæ [33], » perinde ac præstitum baptisma tanti non esset, ut absolutam peccatorum veniam compararet. At quispiam ponet hoc a Joanne dictum fuisse non illis, quos sacra fluenta exceperant, ac sordibus mundaverant, sed illis, qui contendebant quidem ad baptismum, nondum tamen ea ablutione digni habiti fuerant. Cæterum etsi quis baptizatis etiam allatum locum congruere concesserit, tamen ne hoc quidem peccatorum remissionem a Præcursoris baptismate necessario auferre cognoscetur. Fructus enim virtutum ferre, animi potius mundati est, quam ejus quem multæ perturbationum spinæ, et innata zizania inquinatum reddiderunt atque corruptum ; imo per ipsam productionem sanctitas fortasse brevi etiam perfectius agnoscetur.

Εἰ δ' ὁ Μαρκος σαφῶς ἡμᾶς τὴν διαστολὴν τῶν βαπτισμάτων ἐδιδάξατο, τῷ Δεσποτικῷ μὲν βαπτίσματι τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἀπενέμων ἄφεσιν, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ διατελεσιουργεῖσθαι · τὸ δὲ Ἰωάννου καὶ ὕδατος εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι βάπτισμα · δῆλον, ὡς καὶ ὁ Λουκᾶς ἄρα πρὸς τὸν συνευαγγελιστὴν καὶ συνόμιλον τὸ σύμφωνον διασώζων, οὕτω καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἀνύβριστον συνδιαφυλάξει ἀξίωμα · καὶ εἴη ἂν αὐτῷ εἰρημένον τὸ, « Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » οὐ περὶ ἐκείνου δήπουθεν, ὅπερ αἱ τοῦ Προδρόμου χεῖρες εἰργάζοντο, ἀλλὰ περὶ τοῦ Σωτηρίου καὶ Δεσποτικοῦ, καὶ ὃ πάντας τοὺς βαπτισαμένους τῶν ψυχικῶν μολυσμάτων ἀπεκάθαιρε. Καὶ γὰρ μετ' ὀλίγον καὶ αὐτὸς εἰσάγει τὸν Ἰωάννην λέγοντα · « Ἐγὼ μὲν ἐν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ · » εἶτα καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ Κυριακοῦ βαπτίσματος, « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ναὶ μὴν καὶ Μάρκος πάλιν μετὰ τὸ φυγεῖν τοὺς Φαρισαίους καὶ Σαδδουκαίους ὑπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς (οὐδὲ φυγή τις ἂν ἦν, εἰ μὴ τὸ προσδραμεῖν τῷ βαπτίσματι), « Ποιήσατε, ἐπιφέρει, καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, » ὡς τοῦ δοθέντος βαπτίσματος οὐκ ἔχοντος ἰσχὺν παρασχεῖν τὴν τελείαν ἁμαρτημάτων ἀπολύτρωσιν. Ἤ τοῦτο μὲν ἂν τις εἰρῆσθαι θείη οὐ πρὸς ἐκείνους, οὓς τὰ τελεσθέντα ῥεῖθρα δεξάμενα τῶν μολυσμάτων ἐπλύνατο · ἀλλὰ τοῖς ὡρμημένοις μὲν ἐπὶ τῷ βαπτίσματι, οὔπω δὲ καταξιωθεῖσι τῆς καθάρσεως. Πλὴν εἴ τις καὶ πρὸς τούς ἤδη βαπτισαμένους τὸν προκείμενον λόγον ἁρμόττειν δοίη, οὐδὲ τοῦτ' ἂν ἐξ ἀνάγκης ὀφθείη τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κατὰ τὸν Πρόδρομον βαπτίσματος ἀφαιρούμενον. Ἡ γὰρ καρποφορία τῶν ἀρετῶν ἐγγυτέρω μᾶλλον ἐστι τῆς κεκαθαρμένης ψυχῆς, ἥπερ ἦν πολλαὶ παθῶν ἄκανθαι καὶ παραφυάδες ζιζανίων, λελυμασμένην τε καὶ ῥυπῶσαν ἐξειργάσαντο · ἀλλὰ αὕτη μὲν ἡ ἐκβολὴ καὶ μετ' ὀλίγον τάχα ἂν τύχῃ καὶ τελειοτέρας διακρίσεως.

At enim, inquiunt, quod remissionem peccatorum non præstaret Præcursoris baptismus, ipse quoque Servator cum Nicodemo de regeneratione verba faciens indicavit : « Nisi quis renatus fuerit, ait, ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in re-

Ὅτι δὲ μὴ παρεῖχεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, καὶ ὁ Σωτὴρ, φασὶ, πρὸς Νικόδημον διαλεγόμενος περὶ παλιγγενεσίας ὑπεδήλωσεν · « Ἐάν τις μὴ γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, ἀποφαινόμενος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν

[30] Marc. I, 8. [31] Luc. III, 3. [32] ibid. [33] ibid, 8 non Marci.

οὐρανῶν. » Καὶ μὴν ὁ Ἰωάννης ἐν Πνεύματι οὐκ ἐβάπτιζεν, οὐκοῦν οὐδὲ εἰς τὴν βασιλείαν παρέπεμπε τῶν οὐρανῶν· εἰ δὲ μὴ παρέπεμπεν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν ἐδίδου τῶν κωλυόντων τὴν εἴσοδον.

Ἐξ οὖν τῶν εἰρημένων, καὶ δι' ὧν προῆλθεν ἡ ἀμφισβητημάτων παράθεσις, πρός τε τὴν δίαιταν ὁ λόγος ὡρμημένος ἐφέρετο, σκοπεῖν προσῆκε τίνος μὲν ἐν κέρδεῖ καταστήσομεν· ποῦ δὲ στησόμεθα τοῦ ζητήματος, καὶ πρὸς τὸ ἀσάλευτον ἡ διάνοια στηριχθήσεται; Ἀλλὰ γὰρ πρό γε τοῦ τέλους βραχύς τις προηγείσθω τῆς διαίτης λόγος μέχρι νῦν ὑπολειπόμενος. Τό τε γὰρ τοῦ θεσπεσίου Μάρκου λόγιον διπλῇ ἀναβαπτίζειν βαπτίσματος χρείαν ἐκβιάζεσθαι (57) (τὸ γὰρ (58) τοῦ Ἰωάννου μόνον ἀδιάστῳ κρίσει, καὶ ἀποστολικῇ φράσει, ἐπισημαίνεται), καὶ δὴ καὶ τὸ ἀμφιβαλλόμενον εἰς κατασκευὴν μεταλαμβάνειν διανοίας πρὸς διάφορον ὁμολογίαν ἐναρμοζομένης, ἀνακόλουθον· τοὐναντίον γὰρ ἅπαν τὸ μονότροπον τῶν ἱερῶν ῥημάτων τοῦ Λουκᾶ, δι' ὧν ἓν βάπτισμα τὸ τοῦ Ἰωάννου μόνον τρανῶς ἀπαγγέλλεται, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡ ἄφεσις παραδίδοται. Τοῦτο μᾶλλον εἴπερ τινὰ καὶ ἀμφιβολίαν μερισμοῦ παρεῖχεν τὰ τοῦ μακαρίου Μάρκου ῥήματα, εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς ἂν ἰθύνετό τε καὶ συναπηρτίζετο βαπτίσματος δήλωσιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἐν ὕδατι βαπτίζειν τὸν Ἰωάννην, ἐν Πνεύματι δὲ τὸν Ἰησοῦν, τὸ μέγεθος ἴσμεν τῆς διαφορᾶς, καὶ τὸ κατὰ παραβολὴν ἀσύγκριτον ἀπαγγέλλει, οὗ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἀφαιρεῖται τῆς ἱερουργίας Ἰωάννου. Ναὶ δὲ καὶ τὸ μετὰ τὸ βάπτισμα καρποὺς ἀξίους τῆς προλάβούσης μετανοίας ἐπιζητεῖν τε παρὰ τῶν βαπτισαμένων, καὶ παραινεῖν ἐπιδείκνυσθαι, ἀλλὰ μὴ καταισχύνειν διὰ τῶν ὑστέρων τὰ φθάσαντα· βεβαιωτικὸν μᾶλλον ἂν εἴη καὶ παραστατικὸν ἐκ (59) τοῦ κεκαθάρθαι διὰ τῆς ἱερουργίας Ἰωάννου τοῖς Ἰορδάνου νάμασι τοὺς λελουμένους· ἀλλὰ οὐκ ἀναίρεσις οὐ μὲν οὖν τοῖς λελουμένοις καθάρσεως.

Τούτων οὕτω διατυπωθέντων, καὶ τῶν ἀντιπίπτειν δοκούντων τῶν μὲν ἐκκαθαρθέντων, τῶν δὲ τὴν συμφωνίαν ἀνθελομένων, μετὰ παῤῥησίας φιλαλήθους, καὶ θεοφιλοῦς ἔξεστι καὶ φρονεῖν, καὶ λέγειν, ὡς παρεῖχε μὲν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, οὐ πάντων δὲ, ὥσπερ οὐδὲ αἱ νομικαὶ τελεταὶ καὶ θυσίαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν ἐκ προνοίας φόνων, οὐ μὴν οὐδ' εἴ τις ἀλλοτρίους γάμους διώρυξεν, οὐδ' ὅσα τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ οὐράνιον πῦρ τοῖς ἐνόχοις ζημίαν ἐπέβαλλον· οὐδ' ἄλλων πολλῶν ἐξαγίστων καὶ παραπλησίων ἔργων τὴν κάθαρσιν οὔτε ὁ νόμος, οὔτε τὸ Ἰωάννου διεπράττετο βάπτισμα. Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ὁ μὲν νόμος, ὅσα μὴ προλαβὼν ὁ πρῶτος νομοθέτης εἰσεπράττετο, δικαστὴν τὸ ξίφος ἐκάθιζε· τὸ δὲ Ἰωάννου βάπτισμα εἰς τὸ κοι-

agnum cœlorum [34]. » Et Joannes quidem in Spiritu non baptizabat, unde nec immittebat in regnum cœlorum : quod si non immittebat, certe neque illa dimittebat, a quibus ingressus præcludebatur.

Ex his igitur, quæ dicta sunt, et per quæ luctantium argumentorum crevit congeries, et sermo ad nos tandiu distinendos processit, opus esset inspicere quanti pro sua utilitate illud baptisma æstimandum sit. Quando vero a disputatione desistemus, et mens in quadam certitudine confirmabitur? At enim hæc esto velut brevis quædam ante solutionem præmissa diatriba, quæ huc usque producta est. Profecto nec ad baptismatis utilitatem excludendam valet illud divi Marci testimonium, quo denuo baptizari præscribitur (nam id solum a Joanne Baptista irrefragabili illo oraculo, et apostolica sententia significatur): nec quidquid congestum est, ut animi opinioni mihi contrariæ adhærentis astruerentur argumenta, est consentaneum : siquidem contra est totus sacrorum Lucæ verborum uniformis contextus, in quibus de uno tantum Joannis baptismo diserte fit sermo, et culparum remissio traditur. Idque eo magis, quia, si beati Marci verba quamdam distinctionis ambiguitatem afferre videbantur, ea ad unum Joannis baptisma indicandum referri atque accommodari debebant. At vero quod et in aqua baptizaret Joannes, et in Spiritu Jesus, hoc summam esse diversitatis agnoscimus, et quod in comparatione imparitatem prodit, at remissionem peccatorum sacro Joannis ritui non adimit. Præterea si a baptizatis fructus digni susceptæ pœnitentiæ requirebantur, eorumque præscribebatur demonstratio, ne per sequentem pravitatem priora bona fœdarentur; hoc adeo baptizatos sua mundatione non destituit, ut confirmare potius, et astruere videatur, quod per sacram Joannis cæremoniam hominum inter fluenta Jordanis ablutorum corda extergerentur.

His autem ita enucleatis, et quibusdam eorum, quæ invicem adversari videbantur, rejectis, aliis autem ad concordiam redactis, oportet, ut qui et veritatem et Deum diligunt tuto sibi persuadeant. atque fateantur remissionem peccatorum Joannis baptisma præstasse, non omnium tamen, quemadmodum ne ipsæ quidem legales cæremoniæ et sacrificia. Profecto nec homicidia dedita opera patrata, nec alieni conjugii violationes, nec ea, quæ horrendum illum, et cœlestem ignem in reos pro pœna demittebant, nec denique alia multa exsecranda, et similia opera remissionem vel ex lege, vel ex Joannis baptismate consequebantur. Sed pro omnibus his culpis lex quidem, ubi primi legislatoris providentia multam non decreverat, gladium

[34] Joan. III, 5.

NOTÆ.

(57) Ita scribo pro ἐκβεβίασθη.

(58) Supple ἀπὸ, ne tota ista periodus te quoque torqueat.

(59) Expunge τὸ ἐκ, et sensum habebis planiorem.

pro vindice statuebat : Joannis autem baptisma ad universale, et Dominicum, quod suam virtutem multo excederet, amandabat.

Quare et ipse Redemptor noster, cum duritiem cordis et incredulitatem Pharisæorum exprobraret, diceretque, quod animum magis quam fornicarii, et publicani improbum, et inemendabilem gererent ; simulque doceret, quinam essent qui converterentur a peccato, et quibusnam criminibus absolverentur : « Venit ad vos, ait, Joannes in via justitiæ, et non credidistis ei [35] ; » ita ut Joannes esset, qui per baptismum injustæ vectigalium exactionis, fornicationis, et hujuscemodi scelerum hominibus sincere pœnitentibus veniam præberet At neque latrones, neque mortuorum spoliatores, neque aliorum, nefandorum criminum patratores absolvebat ; quoniam hi ne audebant quidem accedere, et facinus suum confiteri, cum conscientia ipsis adversaretur, et pœnam minitaretur ex legibus, nec sineret piacula coram aliis recensere.

Igitur præstabat, ut dictum est, et ipse Præcursoris baptismus peccatorum remissionem, non omnium autem ; quippe hæc Dominici ac divinissimi baptismatis peculiaris est virtus : præstabat tamen, dum perfecto Salvatoris sacramento viam sternebat ; eratque ante ablutionem ablutio, remissio particularis ante omnimodam remissionem, atque imperfecta mundatio absolutæ mundationi præmissa ; sed nullam futurorum bonorum certam promissionem, ac ratam fidem faciebat. Divinus contra, et Christianus baptismus omnia ante commissa nobis indulget ; quin etiam robur et fortitudinem, ne denuo secundum priores lapsus concupiscentiæ pareamus, concedit ; imo homines in regnum cœlorum infert, et quod majus est, adoptionem filiorum Dei impertitur. Joannis autem baptisma eorum criminum, quæ memoravimus, remissionem, non autem regni cœlestis præbebat hæreditatem, et multo minus ad dignitatem adoptionis homines evehebat (60).

νὸν καὶ Σωτήριον, ὡς πολλῷ μεῖζον ὑπάρχον τῆς ἰδίας ἰσχύος, παρέπεμπε.

Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὴν σκληροκαρδίαν, καὶ τὸ ἀπειθὲς ἐξονειδίζων τῶν Φαρισαίων, καὶ δηλῶν, ὡς τῶν ἐν πορνείᾳ καὶ τελωνείᾳ βιούντων χείρους τὰς γνώμας καὶ ἀδιορθώτους μᾶλλον ἔφερον· καὶ ἅμα διδάσκων, τίνες τε εἶησαν τῶν ἐξ ἁμαρτίας ἐπιστρεφόντων, καὶ τίνων ἁμαρτημάτων ἀπελύοντο, τὸ, « Ἦλθε πρὸς ὑμᾶς, φησὶν, ὁ Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· » ὥστε τελωνείας μὲν, καὶ πορνείας, καὶ τῶν τοιούτων εἴη ἂν ὁ Ἰωάννης διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῖς εἰλικρινῶς μετανοοῦσι πραγματευόμενος κάθαρσιν. Οὐ μὴν γε λῃστὰς, οὐδὲ τυμβωρύχους, οὐδὲ τοὺς ἄλλους ἀρρητουργοὺς τῶν μολυσμάτων ἀπήλλαττεν· ὅτι μηδὲ θαρρεῖν εἶχον οὗτοι προσιέναι, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ τόλμημα, τοῦ συνειδότος αὐτοῖς προαπαντῶντος, καὶ ἀπὸ τῶν νόμων δίκην ἐπισείοντος, καὶ οὐκ ἐῶντος τοῖς ἄλλοις συγκαταλέγεσθαι.

Παρεῖχε μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, οὐ πάντων δέ· τοῦτο γὰρ τοῦ Δεσποτικοῦ καὶ θειοτάτου βαπτίσματος τὸ ἐξαίρετον· παρεῖχε δὲ προευτρεπίζων τῷ Σωτηρίῳ τὴν τελειότητα· καὶ λουτρὸν ἦν πρὸ λουτροῦ, καὶ ἄφεσις ἐκ μέρους πρὸ τῆς παντελοῦς ἀφέσεως, καὶ ἀτελὴς κάθαρσις προοιμιαζομένη τὴν τελειοποιόν· οὐδὲν δὲ ἀσφαλὲς, οὐδὲ ἐχέγγυον περὶ τῶν μελλόντων χαριζόμενον. Τὸ Δεσποτικὸν δὲ καὶ Σωτήριον πάντων μὲν τῶν προλαβόντων ῥύσιν· ῥώμης δὲ παρεκτικὸν καὶ ἰσχύος, μὴ κατὰ τὰς πρώτας ὀλισθήσεις ἔτι πρὸς τὰ πάθη κατατύρεσθαι· καὶ τὸ μὲν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, καὶ, τὸ μεῖζον πάντων, υἱθεσίαν χαρίζεται. Τὸ δὲ τὴν μὲν ἄφεσιν, ὥνπερ εἴρηται, παρεῖχεν, οὔτε δὲ βασιλείας οὐρανῶν κληρουχίαν, οὐδὲ πολλῷ μᾶλλον πρὸς υἱοθεσίας ἀναβιβάζει ἀξίωμα.

[35] Matth. xxi, 32.

NOTÆ.

(60) Ut aliqua de hac quæstione dicamus, Joannis et Christi unum idemque fuisse baptisma tribus gradibus, aqua, igne et spiritu ita consecratum, ut aquam Joannes, spiritum Christus, ignem Paracletus dederit, Petilianus commentus est : de quo legendus D. Augustinus lib. II *contra Lit. Petil.* c. 34. Melanchthon autem, Bucerus, et alii, baptismi Joannis et Christi unum idemque fuisse ministerium, eosdemque effectus sine tergiversatione pronuntiarunt. In hos præcipue sacrosancta Tridentina synodus canonem illum edidit sess. VII *De bapt.* can. 1 : *Si quis dixerit baptismum Joannis eamdem vim cum baptismo Christi habuisse, anathema sit.* Porro hanc notam Photio non inurimus ; ex eo enim sæpenumero audivimus, quam perspicue baptisma Christi baptismati Joannis longe præstasse fateatur. Hoc autem baptismo peccata non fuisse dimissa ad fidem non pertinere Drouven. *De re sacram. contra hæret.* lib. II, quæst. 5, cap. 1, § 4 ; Estius in IV *Sent.* distinct. 2, § 4, et alii opinantur ; atque id propterea non fuisse a concilio definitum, quia nonnulli Patres, præsertim sanctus Optatus Milevitanus lib. III *Contra Parmen.*, sanctus Basilius, hom. 1 de baptismo, sanctus Cyrillus Hierosol. *Catech.* II, hoc affirmare viderentur. Photium autem Cyrilli verba putarim fuisse mutuatum, ubi Joannis baptisma remissionem peccatorum contulisse, baptismum vero Christi adoptionem importare filiorum asseverat. Igitur hac in re Photio aliquantulum possumus parcere ejusque sententiam non admodum abnormem existimare. Illa autem distinctio, quam inter crimina comminiscitur, dum quædam tantummodo illa ablutione remitti autumat, risu potius excipienda, quam argumentis refutanda videtur. Unde enim id novit ? Quomodo divini consilii certior factus est ? Qua de causa his, et non aliis limitibus remissionem conclusit ? Nos interea communem theologorum catholicorum sententiam ea, qua par est, veneratione tenentes, dicemus per Joannis baptisma *ex opere operantis,* non autem *ex opere operato* fuisse Hebræos culpis absolutos.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Λ′ (61).

Πῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος· « Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἄνευ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, » Παῦλος, ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ φησι· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ ; » Ἀντιφθέγγεσθαι γὰρ ἡ τοῦ μαθητοῦ πρὸς τὸν διδάσκαλον φαντασίαν παρέχεται φωνή.

QUÆSTIO XXX [*al.* XXIX].

Quomodo, cum Salvator noster dicat : « Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet sine Patre meo, qui in cœlis est [36] *? » Paulus, qui Christum in se loquentem habet, inquit : « Numquid de bobus cura est Deo* [37] *? » Nimirum vox discipuli magistro adversari videtur.*

Edita ab Antonio Scotto, l. c., p. 45. De apparente contradictione inter locum Matth. x, 29 et I Cor. ix, 9.

Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια καὶ μέχρι τῶν στρουθίων διήκει, καὶ οὐδὲ ἐν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ περιγράφει κηδεμονίαν, ἀλλ' ἤδη καὶ φυτῶν, καὶ βοτανῶν, καὶ ἁπλῶς, ὧν ἐγνώσθη γενεσιουργός, τούτων καὶ τῆς διαμονῆς, καὶ οἰκονομίας ἀναλλοιώτων τε, καὶ ἀδιάδοχον φέρει τὴν φροντίδα, αἵ τε ἄλλαι τρανῶς ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν ἱεραὶ Γραφαί, καὶ δὴ καὶ ὁ ἔμφυτος λογισμός, ὃς τὸν παραγαγόντα, καὶ ὑποστήσαντα ἐκ μὴ ὄντων καὶ συνέχειν τὸ παραγαγόμενον, καὶ προνοεῖσθαι κατὰ τὸν ἑκάστῳ πρέποντα τῆς Προνοίας λόγον ἀπαιτεῖ. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν φιλανθρώπως ἀπάγων ἡμᾶς τῆς πολλῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα σπουδῆς τε καὶ κατατριβῆς· καὶ τῶν ῥεόντων καὶ διαλυομένων τῆς σχολῆς ἐλευθερίαν τε καὶ ἀπαλλαγὴν εἰσηγούμενος, οὐκ ἀπὸ τῶν στρουθίων μόνον καὶ τῶν ἄλλων πτηνῶν τὴν ἀρίστην ταύτην εἰσήγησιν ποιεῖται, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπ' αὐτῶν γε τῶν βοτανῶν. « Κατανοήσατε γάρ, φησί, τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· » εἶτα τοῦ ἀμφιάσματος τὸ κάλλος, καὶ τὸ ἀξίωμα· « Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλλετο, ὡς ἓν τούτων, ποιῶν τούτων τῶν μετ' ὀλίγον ἐμβαλλομένων εἰς κάμινον. » Εἰ δὲ τῶν οὕτω μικράν τινα πληρούντων ἀνθρώποις χρείαν (πόσον γὰρ ἀνάφει πῦρ ἡ καλάμη τῶν κρίνων ; Ἢ τοῦ χρώματος τὸ ἄνθος ἐπὶ πόσον χαριεῖται τὴν τέρψιν τῷ ὄμματι), τοσαύτην ὁ Θεὸς τὴν πρόνοιαν ἔχει, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον, καὶ ἀσυγκρίτῳ διαφορᾷ, τῶν ἀνθρώπων ; Οὕτω γοῦν οὐ μόνον ἡ τῶν στρουθίων ἀνεῖται γένεσίς τε, καὶ αὔξησις, καὶ διαμονὴ τῷ Θεῷ, καὶ πάλιν ἡ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς λύσις, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἐν τῷ ἀγρῷ βοτανῶν· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς εἴδους καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν ὁ αὐτὸς ἂν τῆς ἀκολουθίας διαβαίνει λόγος· οὕτως οὐ μόνον τῶν βοῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀπαρχῆς ἀτελεστέρας φύσεως τετυχηκότων ἡ κηδεμονία τῆς θείας ἐξῆπται ῥοπῆς.

Τί οὖν ἐστιν, ὃ λέγει Παῦλος ὁ μετάρσιος ἄνθρωπος, ἡ γλῶσσα τοῦ Πνεύματος, ἣν οὐδὲν δυσχερὲς, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ μάχης ἁπτόμενον ; Νομίμων γὰρ παλαιῶν εἰς μνήμην καταστὰς, ἃ πολλὰ παρὰ τῶν ἀλόγων νομοθετεῖ ζώων, δι' ἐκείνων παιδαγωγοῦντα τὸ λογικὸν·

Quod Dei providentia ad passeres usque pertingat et nec his limitibus ejus vigilantia concludatur ; sed et arborum, et herbarum, et omnium omnino rerum, quarum creator agnoscitur, conservationi, gubernationique immutabili, ac perpetua cura prospiciat, diserte nos docent tum alia sacrarum Litterarum loca, tum ipsa insita hominibus ratio quæ postulat, ut, qui res e nihilo eduxit, atque disposuit, ipse productas secundum providentiæ rationem unicuique consentaneam conservet, atque gubernet. Quoniam et ipse Redemptor noster, cum nos ex humanarum rerum nimio studio, nimiaque curatione peramanter avocaret ; atque ut a fluxorum caducorumque bonorum sollicitudine liberemur avertamurque, nobis suaderet ; non a passeribus tantummodo et aliis volatilibus utilissimam hanc cohortationem exorsus est, sed ab ipsis quoque herbis : Etenim « Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt ; non laborant, neque nent : » deinde de vestimenti elegantia et decore adjecit : « Dico autem, quod neque Salomon in omnia gloria sua coopertus est sicut unus ex istis, qui paulo post in caminum immittuntur [38]. » Quod si rebus, quæ tam tenuem utilitatem comparant hominibus (quandiu enim flammam alit liliorum caulis ? Aut quandiu flosculus variegatus oculo oblectamentum creat ?) Deus, adeo providet, quomodo non multo magis, et immenso discrimine hominum curam gerit ? Ita sane non passeres duntaxat, sed et herbæ campi ut nascantur, crescant, et conserventur, et rursus suo tempore intereant, ad Deum pertinet, quandoquidem ab una specie ad res pariter ejusdem naturæ idem ex consequentia sermo procedit : atque ita non modo boves, sed ipsas quoque res, quæ ab ortu suo minus nobilem sortitæ sunt naturam divini vigilantia auxilii non deserit.

Quid itaque est, quod Paulus docet, vir ille excelsus, sancti Spiritus lingua, quam nihil absonum, aut litigiosum decet profari ? Sane dum ille veterum legalia præcepta in mentem revocaret, quæ multa de brutis animantibus statuunt, ut per ea hominem

[36] Matth. x, 29. [37] I Cor. ix, 9. [38] Matth. vi, 28.

NOTÆ.

(61) Noster exscriptor hanc quæstionem in codice bis exaravit ; et primo quidem loco mutilam, altero autem integram et absolutam exhibuit. Hujus rei causa fuit, nisi conjecturis indulgere fas est, quia tunc ad vocem μέλει pro μέλλει oculos advertit, et magnam orationis partem verbis istis interjectam omisit : deinde vero vocabulorum similitudine deceptum se sentiens, laborem suum instauravit, addiditque hanc ἐπιγραφὴν secundæ exscriptioni : Αὕτη προγραφεῖσα αὖθις γράφεται. Ego vero, ne a Coisliniani, et Taurinensis codicis ordine recederem, ipsam integram sedi suæ restitui, atque hic in lucem edendam putavi.

erudiant (veluti non licere ei, qui pullos avium e nido abstulerit, parentes simul tenere [39] ; nec in lacte matris suæ agnum coquere [40] ; imo, si placet, nec vineam altero semine serere [41] ; nec vestem ex variis contextam liciis indui [42] ; et plura id genus, cujusmodi est et illud : « Non alligabis os bovi trituranti [43], ») ille, inquam, vir legis doctor, cum in hujus legis abolitæ usu natus esset, ac vellet inde cohortationem exordiri, quod nempe, qui alios ad virtutem incitat, hac prius debeat ipse pollere, et sic deinde auditores ad imitationem allicere ; imo etiam, quod oporteat laborantes debita mercede non fraudari : hæc ex Moysis quoque lege ipse personans subdidit : « Non alligabis os bovi triturranti. » Deinde ne quis diceret : Quid bovum genus ad hominum naturam ? Subjicit : Non hic « de bobus cura est Deo. » Nam propter nos hæc de ipsis posita lex est ; non enim ejus promulgatio illorum utilitati intendit neque brutorum gubernationem legum Mosaicarum institutio sibi pro scopo proposuit : sed quæ circa alia versantur animantia, hæc nostri gratia sancita sunt.

Deo itaque curæ sunt boves, ut et aliæ creaturæ non adeo vero ut pro illis leges quoque, et regiminis formas, secundum quas viverent, conderet ; at potius, si quod de illis prodiit statutum, id pro humana utilitate, et disciplina meruit promulgari. Atque id magis magisque ex cæteris pariter perspicitur animantibus, de quibus nulla legum latio potest exhiberi. Quænam nimirum de leonibus, quænam de elephantibus, aut de unicornibus, aut de draconibus, aut de innumeris aliis animantium generibus, quorum quædam mansuefieri cernuntur, cætera vero hominum familiaritatem et contubernium prorsus refugiunt, inducta lex est? Hoc profecto cum beatus ille, et divinus vir, melius, quam quivis alius, comperiret, utpote legis doctor, Ecclesiæ tuba, et mens sublimis, tum rerum omnium providentiam in multis epistolis frequenter Deo attribuendam prædicat, tum docet illas de brutis leges, quas Mosaica littera adhibet, non ipsorum vivendi normam definire, neque adeo bruta Dei interesse, ut eliam jura ad ipsorum gubernationem spectantia conscriberet ; at potius hæc ad indocilis Judaici populi doctrinam, regimenque sapientissimo et occulto consilio prolata, et litteris credita fuisse tradit.

Patet itaque, quod non modo prædicator documentis magistri in nulla unquam re adversetur ; verum etiam ea documenta confirmatione muniantur, præcipue dum diversis rerum argumentis usus diversitatem convenienter accommodat, et in quovis usu doctrinas inter se distinctas minime confundit ; præbetque se piis viris normam, quo pacto debeat

οἷον οὐ δεῖ νεοττοὺς ὀρνίθων τῆς νοσσιᾶς ἀφαιρούμενον καὶ τοὺς γεγεννηκότας λαμβάνειν · οὐδ' ἕψειν ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ, εἰ βούλει δὲ, μηδὲ διαφόροις σπέρμασι τὸν ἀμπελῶνα κατασπείρειν · οὐδ' ἱμάτιον διαφόρων ἐκ νημάτων ὑφασμένον περιδύεσθαι · καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ὧν ἔστι καὶ τό · « Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα » Ἐν χρείᾳ τοίνυν ὁ νομοµαθὴς ἐκεῖνος, ἄνθρωπος τοῦ πάρετος (62) νομίμου γεγονὼς, κἀκεῖθεν ὑφαίνων τὴν παραίνεσιν, ὡς δεῖ τὸν εἰς ἀρετὴν ἑτέρους προτρεπόμενον, αὐτὸν ταύτης ἀπολαύειν πρότερον, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν μίμησιν τοὺς ἀκροατὰς παρακαλεῖν · ἢ, εἰ βούλει, τοὺς κοπιῶντας τῆς ἀπὸ τῶν πόνων παραμυθίας μὴ ὑστερεῖσθαι · ταῦτα καὶ διὰ τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας συγκροτῶν, ἐπήγαγεν · « Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Εἶτα ἵνα μή τις εἴπῃ · Ἦ τί πρὸς ἀνθρώπων φύσιν τὸ τῶν βοῶν γένος ; « Οὐ τῶν βοῶν, φησὶν, ἐνταῦθα μέλει τῷ Θεῷ. » Δι' ἡμᾶς γὰρ ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἐτέθη νόμος · οὐ γὰρ ἔχει προηγούμενην τὴν θέσιν ἐπ' ἐκείνων · οὐδὲ τῆς τῶν ἀλόγων πολιτείας ἡ Μωσαϊκὴ νομοθεσία στοχάζεται · ἀλλ' ἅπερ ἑτέροις περιετέθη προσώποις, ταῦτα δι' ἡμᾶς ἐῤῥέθη.

Μέλει μὲν γὰρ τῶν βοῶν τῷ Θεῷ, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων κτισμάτων · ἀλλὰ οὐχ ὥστε περὶ αὐτῶν καὶ νόμους ἐκτίθεσθαι, καὶ τῆς πολιτείας τύπους, καθ' οὓς γε βιώσονται · ἀλλὰ καὶ ὧν προῆλθε διάταγμα, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν καὶ παιδαγωγίαν τὴν εἰσφορὰν οἰκειώσατο. Καὶ τοῦτο φανερὸν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ζώων καθίσταται, περὶ ὧν οὐδεμία νόμων εἰσφορὰ διαδείκνυται. Ποῖος γὰρ περὶ λεόντων ; τίς δὲ περὶ ἐλεφάντων, ἢ μονοκερώτων, ἢ δρακόντων νόμος εἰσενήνεκται, ἢ μυρίων ἄλλων γενῶν, ὧν τὰ μὲν ὁρᾶται χειροήθη γινόμενα, τὰ δὲ παντελῶς τὴν πρὸς ἀνθρώπων ὁμιλίαν, καὶ τὸ ὁμορόφιον ἀποστρέφεται ; Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ θεῖος ἄνθρωπος, εἴπερ τις ἄλλος, οἷα δὴ μάλιστα καὶ νομοµαθὴς, εἰδὼς, τῆς Ἐκκλησίας ἡ σάλπιγξ, ὁ νοῦς ὁ μετάρσιος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀνηρτῆσθαι πάντων πολλαχοῦ, καὶ πολλάκις ἀνακηρύττει Θεῷ, καὶ τοὺς περὶ τῶν ἀλόγων νόμους, οἷς ἐχρήσατο τὸ γράμμα τὸ Μωσαϊκὸν, οὐ διὰ τὸν ἐκείνων βίον θεσπισθῆναι προηγουμένως ἀποφαίνεται · οὐδὲ τοσοῦτον αὐτῶν μέλλειν τῷ Θεῷ, ὥστε καὶ θεσμοὺς εἰς τὴν ἐκείνων πολιτείαν ἀναφερομένους ἀναγράφεσθαι · ἀλλ' ἐπὶ παιδαγωγίᾳ, καὶ νομοθεσίᾳ τοῦ δυσηνίου, καὶ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, καὶ ῥηθῆναι, καὶ ἀναγραφῆναι σοφωτάτῃ, καὶ συνεπτυγμένῃ κρίσει παραδίδωσι.

Δῆλον οὖν, ὡς οὐ μόνον οὐδὲν οὐδαμῶς ὁ κῆρυξ ἀντιφθέγγεται πρὸς τὰ διδασκάλου διδάγματα · ἀλλὰ καὶ βεβαίωσις αὐτῶν καθίσταται, μάλιστα ἐν τῷ διαφόρῳ τῶν ὑποθέσεων καὶ τὴν διαφορὰν τῆς χρήσεως καταλλήλως διορβούμενος, καὶ φυλάττων ἑκάστῃ χρείᾳ τὸ τῆς θεωρίας διακεκριμένον ἀσύγχυτον, καὶ νόμον τοῖς εὐσεβέσιν ἑαυτὸν προτιθεὶς, ὅπως χρὴ τῶν

[39] Deut. xxii, 6. [40] Exod. xxxiv, 26 ; Deut. xiv, 21. [41] Deut. xxii, 9. [42] Deut. xxii, 11. [43] Levit. xix, 19 ; Deut. xxv, 4 ; 1 Cor. ix, 9.

NOTÆ.

(62) Τὸ *παρέτου* suffice *τῷ πάρετος*, aut scribe *παρ' ἔθνος*, *legis in gente sua vigentis*.

ἱερῶν ἡμῶν Λογίων τὸν νοῦν ἀνιχνεύειν · καὶ τῷ προχείρῳ τῶν ῥημάτων, τῆς διανοίας ἀντιφθεγγομένης, μάλιστα μὴ κατὰ τὸ ῥᾷον παρασύρεσθαι.

A sacrarum Litterarum sensus investigari, nec proobvia verborum notione, ubi recta ratio repugnat, in re præsertim facili in errorem abduci.

Ἔνεστιν οὖν διδασκάλῳ τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλῳ χρώμενον, οἷς ἔρως μὲν ἡ εὐσέβεια, ἔργον δὲ σοφίας ἡ διάκρισις, καὶ ἡ ἄνωθεν τῶν λόγων χάρις, ἐναυγάζουσα κατὰ μίμησιν τοῦ καθηγεμόνος μελῳδοῦντα, φανερώτερον ἔτι δεικνύναι, ὡς οὐδὲν ἡ τοιαύτη τῶν ῥημάτων χρῆσις οὔτε τι τῶν ἱερῶν ἡμῶν δογμάτων ἐπιλυμαίνεται, οὔτε τινὰ μῶμον ἐπιτρίβεται, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν τὸ σύμφωνόν τε καὶ ἀδιάβλητον συνεργάζεται. Οἷον ἀσπλαγχνίας τις καὶ ἀτυμπαθείας μεθέλκων τινά, ἢ πρὸς ἀπληστίαν ῥέουσαν ἀναχαιτίζων γνώμην, ἢ ταῖς ἡγύσιν ἀμφοτέραις, τὸ λεγόμενον (63), ἐπιχωλαίνοντα ἀνορθῶν τε, καὶ ὑποστηρίζων, καὶ πρὸς τὴν σωτήριον, καὶ μονότροπον ἀπευθύνων τρίβον, τούτων ἕκαστον τῆς ἀλόγου ῥοπῆς εἴ τις ἄλλαις μὲν πολλαῖς παραινέσεσιν ἐπέχειρεν ἀνακτᾶσθαι, συνείρει δὲ μάλα εὐστόχως τε καὶ ἐπικαίρως · οὐ γὰρ ἔμαθες, ἄνθρωπε, παρὰ τῶν Μωσαϊκῶν νόμων, καὶ παραγγελμάτων, μὴ ἕψειν ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ, μηδὲ σπείρειν τὸν ἀμπελῶνα, μηδὲ περιβόλαιον σαυτῷ ποιεῖσθαι, καὶ βδέλον (64) ἐξ ἑτερογενῶν νημάτων ἐρίου τε καὶ λίνου συνυφασμένον ; Ἢ οὐ πᾶσιν ἐπίδηλον, ὡς τὰ θεσπίσματα ταῦτα οὔτε ἀρνῶν, καὶ μητρῴου γάλακτος προηγουμένην ἔχει τὴν θέσιν · ἀλλ' οὐδέ γε περὶ ἀμπελῶνος, οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν διαφόροις νήμασι συντεθειμένων ὑφασμάτων ; Ποῦ γὰρ περὶ νημάτων, ἢ περὶ ἀμπελώνων, ἢ ἀρνῶν, καὶ γάλακτος τῷ Θεῷ μέλει, ὥστε καὶ νόμοις ὑποβάλλειν αὐτὰ, καὶ μηδὲν αὐτῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, δι' ἣν ἅπαντα προήχθη, διαφέρειν.

Igitur doctorem decet, communi Ecclesiæ doctore utentem, iis, quibus cordi est religio, sapientiæ autem opus est discretio, cœlestisque interpretandi sermones gratia, quæ hominem se sequentem quasi dux illuminat, adhuc evidentius ostendere, quod talis sacrorum oraculorum usus nec aliquod sanctorum dogmatum nostrorum lædat, nec aliquam notam mereatur; sed quidquid inter se refragari videtur, consonas veritates, et nulli criminationi obnoxias conficiat. Ita sane si quis ab inhumanitate atque inclementia alterum revocaret, et pronum ad aviditatem animum coercere, aut utroque poplite, ut aiunt claudicantem erigere, et solidare vellet, eumque in salutarem rectamque viam dirigere : si quis inquam, unumquemque horum ab illis rationi adversis propensionibus vel per plures alias adhortationes eruere aggrederetur, nimis apposite opportuneque subjiceret : nonne didicisti, o homo, ab institutis præceptisque Mosaicis, quod nec in lacte matris suæ agnum coqui, nec semen in vinea spargi liceat, nec indumentum tibi aut polymitam vestem ex diversis lanæ, et lini liciis debeas contexere ? Nonne omnibus compertum est quod hujuscemodi statutorum promulgatio nec agnis nec materno lacti, imo nec vineæ, nec vestimento diversis filis constanti prospiciat ? Num eo usque fila, aut vineæ, aut agni, et lac Deo sunt curæ, ut legibus quoque ista subjiciat, et humanæ naturæ, cujus gratia omnia producta sunt, in nulla harum rerum provideat ?

Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι δι' ἡμᾶς καὶ προὐνοήθη τὴν ἀρχὴν τὰ τοιαῦτα, καὶ γράμμασι διετυπώθη. Τὸ μὲν τῶν ἀρνῶν, εἰ βούλει δὲ, καὶ τῶν στρουθίων, ὡς ἂν ἐπὶ τῶν ἀλόγων τὸ συμπαθὲς καὶ εὔσπλαγχνον παιδαγωγηθέντες, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν, καὶ τὴν αὐτὴν λαχόντων φύσιν τὸ φιλάνθρωπόν τε, καὶ τὸν ἔλεον ὦμεν ἐπιδεδειγμένοι. Τὸ δὲ ἵνα μὴ πρὸς ἀπληστίαν κεχηνότες τά τε ἄλλα δυστυχῶν φερώμεθα · πολλῶν γὰρ ἡ ἀπληστία κακῶν αἴτιον, καὶ συναπορρεῖν, ὡς ἐπίπαν, εἴωθεν αὐτῇ καὶ, ὃ δικαίως ἂν ἡμῖν ἐξ αὐταρκείας περιεγένετο. Τὰ δὲ γεννήματα (65), ἵνα μὴ τὰς γνώμας ὦμεν ποικίλοι τε, καὶ πολύτροποι, ἐκ διαφόρων ἢ δογμάτων, ἢ ἐθνῶν, ἢ βουλευμάτων ἢ ῥημάτων, ἢ πράξεων συντεθειμένοι, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἀθλίως τε καὶ καταγελάστως στασιάζοντες.

Atqui perspectum est, quod propter nos ea jam ab initio provisa, et litteris mandata fuerint. Partim (quod scilicet ad agnos, imo et ad passeres attinet)» ut nos in bruta commiserationem, et clementiam edocti, multo magis eis qui genus idem eamdemque sortiti sunt naturam' humanitatem et misericordiam exhibeamus. Partim vero (quod ad vineam nempe et bovem), ne in aviditatem prolabamur, et alias simul patiamur ærumnas : multorum profecto malorum causa est aviditas, et simul cum ipsa, ut plurimum, diffluere solet id quoque, quod, juste nobis per frugalitatem obvenit. Cætera denique de liciis eo spectant, ut nec animo simus vario ac versipelli, nec diversis dogmatis, vel moribus, vel consiliis, vel verbis, vel operibus instruamur, nec infeliciter et ridicule a nobis ipsi dissideamus,

Ὥστε οὐ μόνον οὐδὲν, ἡ τοῦ θεσπεσίου Παύλου μέθοδος, οὐδ' ἡ ἐξ αὐτοῦ προχεομένη τῶν δογμάτων αἴγλη τοὺς εὐσεβεῖς λογισμοὺς εἰς διιστάμενόν τινα, καὶ σύγχυσιν παρίστησιν · ἀλλὰ καὶ διδασκαλία δύνα-

Quapropter non modo divi Pauli doctrina, et ab eo emissum dogmatum lumen in aliquam dissensionem confusionemque mentes piorum hominum non inducit; sed etiam hi, qui inde sapientiæ ra-

NOTÆ.

(63) Τὸ λεγόμενον e tacito κατὰ regi Græcæ συντάξεως analogia suadet.

(64) Nisi Βεύδος refingas, nullum sensum excudes.

(65) In prima quæstionis hujus exscriptione erat νήματα, atque id opportunius.

dios possunt aspicere, mirum in modum ediscunt, quo pacto sancti Spiritus oracula cum ejusdem oraculis concilianda sint (66).

ται πρόκεισθαι θαυμαστὴ τοῖς ἐκεῖθεν τὰς τῆς σοφίας ἀκτῖνας ἐναυγάζεσθαι δυναμένοις, ὅπως χρὴ διαιτᾶν μετὰ τοῦ Πνεύματος τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια.

QUÆSTIO XXXI [*al.* XXX]. (67)

Quomodo accipiendum est illud, « Potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham [45] ? »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΑ΄.

Πῶς νοητέον τὸ, « Δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ ; »

Edita ab Ant. Scotto, l. c., p. 53 Commentarius in Luc. III, 8 ; Matth. III, 9.

Obvius hujus oraculi sensus, si peniliorem significationem non inquiramus, poterit utique docere, quod quemadmodum Deus ex diffluenti informique, ac terrea materie finxit animanti corpus pulveremque ad naturam speciemque humanam conformavit, ita facile minimeque operosum sit ex solidiori lapidum natura, Deo artifice id operis suscipiente, hominum substantiam compingere, ipsosque homines ex tali massa conflatos Abrahæ filios efficere. Etenim non minus, ne dicam et multo magis- B mirandum est pulverem ad hominis carnem redigere atque accommodare, quam in corporis viventis opus duram lapidum transformare naturam

Præterquam quod non modo primus homo e limo admirabilem duxit originem, sed Loti etiam uxor in salis columnam obdurata, divinam, quam nec effari, nec mente assequi possumus, virtutem prædicat, dum per irrefragabile prodigium pristinæ naturæ sine manifesta corruptione abjectionem fuisse alterius formæ, et substantiæ generationem ostendit : illudque, quod fuit, antea non erat ; quod autem fieri non posse humanæ menti C videbatur, id priore figura non dissoluta, ipsi substituit. Deus itaque, qui tanta patrabat miracula, et quidem tunc, cum ab una muliercula violati præcepti pœnam sumebat ; ipse « qui homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [46], » quid pro sua clementia non agat, si filiis Abrahæ suscitandis lapidum conditionem opportunioris futuram usus perspexerit ? Neque enim tam facile fuit Judæis Abrahæ multiplicare filios, quorum generis non minima pars rejecta est, quam Deo per lapides eidem multos filios condere.

At si quis velit quidpiam prophetieum dicto hoc enuntiari, lapides, quos Præcursor tunc memoravit, et ex quibus filios Abrahæ suscitandos prædixit, ii profecto sunt, qui, cum esset Servator D sua sponte mortuus, atque universo mundo salus et vita reddita, passi Conditoris odsequio abrupti, atque discissi, et quasi facti pro miraculo prægnantes, multos homines nostræ religioni et parturierunt, et pepererunt. In vero sua commotione,

Τὸ μὲν οὖν πρόχειρον τῆς φωνῆς ἄνευ τινὸς βαθυτέρας ἐπινοίας ἐκδιδάσκοι ἄν, ὅτι καθ' ὃν τρόπον ἐκ τῆς εὐδιαχύτου, καὶ ἀπαγοῦς, καὶ γεηρᾶς ὕλης συνέπηξεν ὁ Θεὸς, τῷ ζῴῳ τὸ σῶμα, καὶ εἰς ἀνθρώπου φύσιν καὶ εἶδος διεμορφώσατο τὴν κόνιν · κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ῥᾴον τε καὶ οὐδὲν ἐργώδες ἐκ τῆς στερεωτέρας φύσεως τῶν λίθων, ἀνθρώπων ὑπόστασιν συντεθῆναι, Θεοῦ τεχνίτου τὴν πλάσιν ἀναδεχομένου, καὶ τέκνα τοὺς γεγονότας ἐκ τοιούτου φυράματος χρηματίσαι τοῦ Ἀβραάμ. Οὐ γὰρ ἧττον εἰς θαῦμα, ἵνα μὴ λέγω καὶ μείζω[a], κόνιν εἰς ἀνθρώπου συμπῆξαί τε, καὶ συναρμολογῆσαι[b] σάρκα · καὶ λίθου φύσιν στερεὰν εἰς σώματος ζῴου μεταπλάσαι χρείαν.

Quæritur autem, uter potius actus formaliter sit electio ? Prior ne ille rationis, quem sanctus Maximus ad Marinum videtur vocare gnomen ; an ille posterior voluntatis, quo unum medium præ aliis amplectimur. Et communiter respondetur, in hoc posteriore actu formaliter et essentialiter consistere electionem : quamvis etiam illum alterum actum rationis præsupponat, et connotet. Ita ferme gnomen explicat quoque Photius, ut vidimus.

De eadem voluntate gnomica ita sanctus Damascenus lib. III *De fide orthodoxa*, cap. 14 : « Sciendum est, non idem esse, velle, et πῶς θελεῖν, hoc est, cum modo, seu modaliter velle. Nam velle naturæ est, sicut et videre. Omnibus enim hominibus inest. At vero, hoc vel illo modo velle, non est naturæ, sed nostræ gnomæ, seu sententiæ : sicut etiam, hoc, vel illo modo videre, puta bene, aut male. Non enim omnes homines eodem modo volunt. Neque eodem modo vident, quod etiam in actionibus apparet. Nam hoc, vel illo modo velle, videre, operari, est affectio, et modificatio usus actualis volendi, videndi, et operandi, in solo utente existens, eumque ab aliis separans. Simpliciter igitur aliquid velle, nimirum abstrahendo ab omni modo, et voluntas, vel potentia volendi : quæ nil est aliud, quam rationalis appetitio, et voluntas naturalis. At vero, hoc vel illo modo velle, est voluntas gnomica ; et objectum hujus voluntatis est volitum gnomicum. » Et ut res exemplo declaretur : Voluntas comedendi simpliciter, est voluntas naturalis in singulis ratione speciali existens. At voluntas comedendi aliquid hac vel illa qualitate affectum, ut dulce, acerbum, multum, parum, dicitur voluntas gnomica, seu ποιά, seu πῶς, id est, voluntas affecta aliqua qualitate, aut conditione ; et non est naturæ, ut dicunt Græci, sed personæ. Et quia personæ variæ sunt, ideo et hæc voluntas est varia.

Sic explicata voluntate gnomica, quæstio est, utrum voluntas gnomica fuerit in Christo ? Et Photius quidem supra diserte negat. Idem videntur negare Damascenus, et Maximus supra. Argumenta multa affert Photius, ut vidimus. Præcipua tantum hic repetam, et clarius proponam.

Primum. Voluntas gnomica, est voluntas personæ humanæ et creatæ. In Christo non fuit persona humana et creata ; Ergo. Major patet : quia velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, non potest esse naturæ, quia illa est eadem in omnibus : et consequenter idem vult. Ergo voluntas gnomica est personæ : quæ, cum multiplicetur, non est mirum, quod etiam actus volendi multiplicetur, ita ut alius hoc velit, alius illud.

Secundum argumentum. Etectio non est in Christo, ergo nec voluntas gnomica. Antecedens patet : quia electio est eorum, quæ in utramque partem movent, hoc est, ad bona et ad mala, ut inquit Photius ex sancto Maximo. Probatur consequentia. Quia voluntas gnomica et electiva est una et eadem.

Tertium argumentum. Si in Christo esset voluntas gnomica, tunc differret a voluntatibus gnomicis, quæ in unoquoque homine spectantur. Differret etiam a voluntate Spiritus sancti, et Patris. Sed quænam est ista voluntas, quæ nec est humana gnomica, nec omnino dicitur voluntas ? Nec dici potest, istam voluntatem gnomicam in Christo, esse compositam partim ex divina, partim ex humana voluntate : quia, ut ait Photius, ne cogitari quidem potest compositio voluntatis, sicut possumus intelligere hypostasin compositam ex natura humana et divina.

Quartum argumentum. Si detur in Christo voluntas gnomica, faciet compositionem cum voluntate naturali Christi. Hoc dici non potest : quia si voluntas Christi esset composita, etiam natura ejus composita esset. Sed hoc dici non potest. Una enim est natura humana in Christo simplex : et inter humanam Christi, et divinam naturam, non datur ulla compositio in natura.

Quintum argumentum. Si voluntas gnomica nascitur ex consilio et judicio, seu ex determinatione

rationis ad unum, vel plura media ex aliis eligenda, sequitur eam in Christo non habere locum ; sed nascitur inde : Ergo. Probatur sequela : quia ignorantia non habet locum in Christo, nec dubitatio. Haberet autem, si esset in illo voluntas gnomica, in qua, per consilium et determinationem rationis, est transitus ab ignorantia ad cognitionem et ab incerto ad certum, et mutatio non amantis ad amorem.

Sextum argumentum. Homines utentes voluntate gnomica, repugnant Deo : ergo non est in Christo.

Septimum argumentum. Voluntas gnomica est propensa ad utramque actionem, honestam scilicet, ac pravam ; ergo.

Propter hæc argumenta, Photius et alii ne gnomicam quidem divinam voluntatem statuunt in Christo. Nam, si talis est in Christo, illa aut eadem est cum voluntate divina naturali, ant diversa. Si eadem, habemus ergo intentum, non esse scilicet aliam divinam voluntatem, præter illam naturalem, tribusque personis communem. Si vero divina voluntas gnomica in Christo est alia a naturali divina voluntate ; tunc erit diversa, quæ est in Patre, et Spiritu sancto. Sed hoc est absurdum, quia omnium personarum divinarum est eadem voluntas. Gnomica autem non est eadem, sed diversa in diversis hypostasibus. Quare isti auctores nec in Trinitate gnomicam voluntatem ponunt, maxime propter argumentum 5, 6 et 7. In trinitate enim licet sint tres personæ, est tamen simpliciter unum et idem velle ac nolle.

Observationes Stewartii. — Hæc tamen et alia, quæ Photius disputat, non videntur concludere. Cujus argumenta ut solvantur, fatendum est, in Christo non fuisse voluntatem, vel actum voluntatis, quæ fuerit actus, vel potentia personæ creatæ. Clarum enim est in Christo personam creatam non fuisse. Interim tamen negari non potest in Christo fuisse voluntatem individualiter distinctam a voluntate individuali cujuscunque alterius hominis, abstrahendo ab hypostatica personalitate. Sicut etiam abstrahendo ab eadem, in Christo est individualis natura humana, distincta ab omni alia, et sub illa in communi comprehensa, tanquam quoddam illius individuum : cujus individualis naturæ est, individuales et singulares actiones producere, tam intellectus, quam voluntatis, quæ in individuo distinguuntur ab actionibus aliarum naturarum individualium. Quamvis natura individualis producat istas actiones in aliis quidem hominibus, ut naturæ individuales subsistunt in personalitate creata, In Christo vero ut natura ejus humana subsistit in divino supposito ; quod tamen suppositum per se non influit in actionem illam individualis voluntatis : quamvis nec mere per acidens, et concomitanter sese habet suppositum ad actionem illam voluntatis individualis, sed est conditio prærequisita ad agendum ex parte agentis : quatenus nullum agens naturale agere potest naturaliter loquendo, nisi exsistat in supposito. De quo latius Suarez, disp. in *Metaph*. sect. 7.

Jam vero, sicut Petrus, verbi gratia, per voluntatem suam individualem exsistentem in supposito creato, tendere potest tam in dulce, quam in amarum, tam in magnum, quam in parvum. et in cætera objecta conditionibus aliquibus affecta ; ita potest etiam dulce, et amarum, etc., appetere per suam individualem voluntatem Paulus, etc. Si ergo quivis homo singularis quatenus habet singularem naturam, hoc potest, abstrahendo a personalitate, tanquam a principio iufluente in actionem illam voluntatis ; quamvis non abstrahendo a personalitate, ut est conditio agendi naturaliter requisita : absurdum videtur dicere id Christum non potuisse, et quoties aliquid voluit, aut appetivit, id tantum voluisse communi ratione boni, et in objectum tetendisse præcisis omnibus qualitatibus, et conditionibus particularibus.

Quod si quis sententiam Græcorum accuratius consideret, plane videntur hanc voluntatem gnomicam distinxisse realiter a potentia illa, quam vocant ipsi naturalem, quæque oritur ex ipsa natura specifica. Videntur etiam existimasse hanc voluntatem gnomicam, et actus ejus effective esse ab ipsa persona. Quod si ita esset, tunc clarum esset in Christo non posse poni voluntatem gnomicam creatam, cum in ipso non fuerit persona creata, ex qua hujusmodi voluntas humana gnomica flueret.

Sed hæc fundamenta sunt falsa. Quia omnis actus voluntatis, qualiscunque sit, effective est ab illa potentia volendi quæ fluit ex intrinsecis principiis humanæ naturæ. Et suppositum hic nil aliud facit, quam quod est conditio, sine qua naturaliter loquendo, voluntas nullum actum possit elicere, sicut naturaliter non potest exsistere extra suppositum. Si tamen extra esset per divinam potentiam, posse etiam extra operari, nec requireret hanc conditionem suppositi, ut docet etiam Suarez loco citato.

Ad primum argumentum Photii, negatur major. Quia voluntas gnomica est naturæ, non personæ, nisi quatenus persona est conditio, sine qua voluntas naturaliter actum non eliceret. Ad probationem dico : Licet in singulis hominibus sit eadem voluntas secundum speciem, multiplicatur tamen individualiter in singulis. Et, licet voluntas in communi abstrahat à tanto, vel tanto, etc., et ab aliis conditionibus particularibus objectorum ; non repugnat tamen illi velle tantum, vel tantum, etc.; imo hoc ei est naturale, eo ipso, quod omnia ista continentur intra latitudinem sui objecti, quod est bonum : sicut etiam potentia intelligendi non tantum potest tendere in verum in communi, sed etiam in hoc vel illud verum particulare, hoc vel illo veri modo affectum. Quare etiam voluntati humanæ, ut voluntas est, convenit, ut possit velle bonum, et omnes differentias boni : item, ut possit fugere malum, et omnes differentias mali. Nam quod

postea actualiter iste vel iste non versatur, circa appetitionem hujus vel illius in individuo, cum tali vel tali modo, per accidens est : posset, si vellet, quantum est præcise ex ipsa voluntate, quæ ita est comparata, ut homo per illam possit tendere in quodcunque particulare bonum, sub quocunque modo, qui sit intra latitudinem objecti voluntatis in communi.

Ex quibus apparet etiam in Christo hanc voluntatem posse poni, non tantum in actu, quasi primo, sed etiam in secundo. Neque enim ullam imperfectionem includit velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, etc. Et cum voluntas hæc gnomica non sit a persona, tanquam a principio emanationis, aut effectivo, nil refert, num exsistat in hypostasi humana et creata, ut fit in aliis hominibus : an vero in hypostasi increata, et divina, ut contingit in Christo ; cum hypostasis sit voluntati tantum conditio sine qua non agendi.

Ad secundum argumentum Photii negatur antecedens. Nam electionem esse in Christo patet ex illo Isaiæ (VII, 15) : *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum*. Nec est de ratione electionis, ut possit etiam malum eligere. Satis est, ut habeat indifferentiam respectu bonorum. Et in Christo est liberum arbitrium, ut postea videbimus : ergo etiam electio.

Ad tertium argumentum respondetur, voluntatem humanam gnomicam Christi individualem differre a voluntatibus gnomicis singulorum hominum, et differre etiam realiter a voluntate Patris et Spiritus sancti, sive spectetur ut est potentia, sive ut est actus.

Quartum argumentum nil valet. Nam voluntas gnomica est actus, non potentia. Et si est potentia, est eadem potentia secundum entitatem cum voluntate naturali, et specifica ; et sic nulla est compositio voluntatum : sed sunt tantum diversæ rationes: fundatæ in eadem entitate voluntatis. Et consequenter, nec erit compositio naturarum. Et si, argumentum valeret, probaret etiam in singulis hominibus esse compositam voluntatem, et consequenter compositam naturam ex duabus naturis perfectis, et integris : naturam enim ex imperfectis naturis componi nil est absurdi.

Ad quintum negatur, de ratione consilii esse ignorantiam, vel dubitationem. Licet enim in nobis id ita accidat, eo quod non habeamus cognitionem omnium rerum, sicut Christus habebat ; consilium tamen per se, non includit ignorantiam et dubitationem. Quod certum est, si consilium accipiatur pro ipso judicio, seu sententia, qua per rationem concluditur quid sit agendum. Quo pacto consilium etiam in Deo poni potest. Si vero consilium accipiatur pro inquisitione de eo, quod est agendum : sic quidem in nobis procedit consilium ex ignorantia et dubitatione ; in Christo tamen tantum connotabat progressum ab uno ad alterum, absque ignorantia vel dubio. Nec hoc magis est absurdum, quam quod Christus discurrendo per intellectum, procedebat a præmissis notis, ad conclusionem notam ; licet discursus dicatur esse a noto ad ignotum : sed hoc per accidens, ut patet etiam in viro docto, cum syllogismos facit de conclusione sibi non ignota. Ergo, sicut Christus fuit *discursivus* sine dubitatione ; ita fuit etiam *consiliativus* sine ignorantia, etc. Nisi quis secundum sententiam, quæ negat Christum habere scientiam acquisitam a primo instanti incarnationis, dicere velit, ratione scientiæ practicæ acquisitæ eum habuisse consilium secundo modo sumptum de eo, quod nesciebat, non simpliciter, sed per scientiam acquisitam. Etsi dubitatio etiam hic removeri debet. Neque enim in Christo ullus fuit actus intellectualis dubitativus.

Esse autem in Christo consilium, videtur etiam planum fieri ex eo, quod ab Isaia (IX, 6) appellatur *magni consilii angelus*. Ubi nomen *consilii* non tantum improprie, pro gnome, seu sententia, sed etiam pro ipsa inquisitione agendorum accipi potest.

Ad sextum argumentum Photii respondetur, nil aliud probari, quam voluntatem gnomicam non fuisse in Christo cum peccabilitate : quæ non est perfectio, sed imperfectio.

Ad septimum respondetur eodem modo. Non enim est de ratione voluntatis gnomicæ, ut possit tendere in bonum et in malum : sicut neque est de ratione liberi arbitrii, ut patet in Deo, etc.

Ad id, quod Photius addit de voluntate divina gnomica, respondetur : voluntatem divinam Christi gnomicam entitate esse unam eamdemque cum voluntate Patris, et Spiritus sancti. Sicut etiam una et eadem est, quoad actum. Si enim voluntas gnomica hominum non distinguitur a voluntate naturali secundum entitatem, multo minus distinguetur in divinis. Et quamvis in hominibus, quoad actum, differat voluntas gnomica, non modo, quatenus individualis actus unius non est individualis actus alterius : sed etiam, quatenus unus vult, alter non vult, ut quatenus iste vult dulce, alter amarum, et sic sibi mutuo ob varias sententias repugnant : tamen in divinis hoc non fit : sed actus voluntatis unius personæ, est simpliciter etiam actus alterius secundum entitatem. Nec una persona vult hoc, alia illud, propter ejusdem numero naturæ, et consequenter voluntatis communicationem : sed numerica hæc distinctio actuum, et repugnantia circa objecta, non est simpliciter de ratione voluntatis gnomicæ, ad cujus rationem hoc tantum pertinet, ut sit alicujus individui, et proficiscatur ex gnome, seu sententia decretoque rationis circa agibile, et ut versetur circa objectum voluntatis conditione, vel qualitate aliqua affectum, ut est tantum, vel tantum dulce vel amarum. Et quod in divinis non sit repugnantia voluntatis, nec quoad actum, nec quoad volitum formale, vel materiale, id fit propter identitatem ejusdem naturæ. Et si in humanis, verbi gratia, tres personæ communicarent, et supponitarent eamdem naturam, non esset etiam ulla diversitas in voluntate ; et tamen optime possemus ibi constituere voluntatem gnomicam, eo modo, quo voluntas ista hactenus explicata est.

Hæc de argumentis Photii, qui opinionis suæ tenax, gnomicam voluntatem a Christo mordicus removebat. Quocirca plures reperit, qui se opponerent; ut apparet ex Epilogo opusculi, et ex Græcis quoque scholiis, quæ adjecta erant ad marginem Græci exemplaris, quo Turrianus ad versionem suam usus est nam a codice Bavarico aberant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΑ'

A QUÆSTIO LXXXI [*Coisl. Taur.* CCLIXIX].

Τί ἐστι τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ· « Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, » κ. τ. λ.;

Quid est illud apud Lucam: « *Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est?* » etc.

Edita est a R. Montacutio inter Photii epistolas ed. Londin. 1651 f. ep. 145, *Sergio fratri*, p. 202, 203.

Πότερον οἱ χλευάζοντες συνίεσαν λαλούντων γλώσσαις τῶν ἀποστόλων, ἢ οὔ; Εἰ μὲν γὰρ οὐ συνίεσαν, πῶς ἁπάσαις [ἅπασιν] ἐλάλουν οἱ ἀπόστολοι; εἰ δὲ συνίεσάν, πῶς ἐθάρρησαν μέθην αἰτιάσασθαι, παρὰ πόδας τὸν ἔλεγχον ἔχοντες, αὐτῶν τῶν ἀκουόντων καὶ συνιέντων τὴν αἴσθησιν; Οὕτω μὲν ἄν τις εἴποι τὴν σὴν ἀπορίαν εἰς τὸ δριμύτερον μεταχειριζόμενος. Ἐγὼ δὲ φαίην ἂν τοὐναντίον· ὡς, εἰ μὴ συνίεσαν, οὐδ' ἂν εἰς μέθην τὸ θαῦμα διέβαλλον. Τί γὰρ ἄν τις καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροίη ὅπερ οὐδὲ τῶν λυπούντων αὐτὸν εἴη; Ἀλλὰ συνίεσαν μὲν, ἀπηρέσκοντο δέ· τὰ γὰρ μεγαλεῖα ἔλεγον ἐκεῖνοι τοῦ Θεοῦ· ἐφ' οἷς, οἱ ἀγνωμονοῦντες νυττόμενοι, χλεύην ἐπεχείρουν τὸ θαῦμα ἐργάζεσθαι. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Λουκᾶς, « Χλευάζοντες, φησὶν, ἔλεγον· » οἱονεὶ διασύροντες, ἐνδιαβάλλοντες, ἐπισκιάσαι τὴν θαυματουργίαν μηχανώμενοι. Πῶς οὖν συνιέντες, εἰς μέθην ἀνέφερον τὰ λεγόμενα; Ἀπὸ πολλῆς ἀπονοίας· ἐξ ὑπερβαλλούσης ἀνοίας· ἔθος γὰρ τοῖς τοιούτοις, ὅταν ᾖ μὴ καταθύμια τὰ λεγόμενα, κἂν ἄλλως πολὺ τὸ σωτηριῶδες ἔχῃ καὶ ὠφέλιμον, παραφορὰν τῶν εἰρημένων, ἢ μέθην ἢ καὶ δαιμόνιον αἰτιᾶσθαι τοῦ λέγοντος· καὶ μήτε αὐτὸν ἐκεῖνον, ἃ λέγοι, συνιέναι· μήτε μὴν τὸν ἀκούοντα, καί τοι καὶ τοῦ λέγοντος ἐπὶ τὸ ἄπταιστον φθεγγομένου, καὶ τοῦ χλευάζοντος καὶ αἰτιωμένου, μέχρι τοῦ ἀκούειν καὶ συνιέναι, ὑγιῶς ἔχοντος. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ μᾶλλον ἐθάρρουν μέθην ἐγκαλεῖν, ὅτι τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ ἀκούοντες, τοὺς ἄλλους δὲ διὰ τὸ ἑτερόγλωσσον μὴ συνιέναι νομίζοντες, οὐδ' ἔλεγχον τῆς συκοφαντίας εὑρεῖν ἐξ ἑτοίμου ὑπελάμβανον. Αὐτοὶ μὲν γὰρ συνίεσαν· τοὺς δὲ συμπαρόντας, δι' οὓς καὶ πρὸς μέθην τὸ θαῦμα κατέφερον, πόρρω τοῦ συνιέναι ἐτόπαζον. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Ὥσπερ γὰρ τῆς Δεσποτικῆς ἐξουσίας, ἐλαυνούσης τὰ δαιμόνια, συνίεσαν μὲν καὶ ἔβλεπον τὰ παράδοξα, δέον δὲ ὑμνεῖν καὶ προσκυνεῖν, εἰς βλασφημίας ἀπήγοντο· καὶ νόσους πάσας καὶ πάθη πάντα ὁρῶντες φυγαδευόμενα, τῶν θαυμάτων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῆς εὐεργεσίας, φθόνου καὶ συκοφαντίας καὶ φόνου ὕλην εἰργάζοντο· οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἔχοντες ἐξαρνήσασθαι τὸ ὑπερφυὲς τῶν γλωσσῶν καὶ παράδοξον, ὁμοίως [ὁμῶς] τῇ βασκανίᾳ ἀνερεθιζόμενοι, μέθην κατασκεδάζειν τοῦ θαύματος οὐκ ἐνεκαλύπτοντο. Καὶ σκόπει κακουργίας ὑπερβολὴν, ἐν ἴσῳ τὴν ἄνοιαν ἔχουσαν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπίθανον ἦν, καθ' ὥραν μάλιστα τρίτην, μέθῃ διδόναι τοὺς ἀποστόλους, ἀνθρώπους ἀρετῆς τε κήρυκας, καὶ ἐν μέσοις φόβοις καὶ κινδύνοις ἐναπειλημμένους, ἐπὶ τὸ τοῦ πόματος πρόσ-

Utrum qui irridebant apostolos linguis loquentes, eos intelligebant, vel non? Si non intelligebant, quomodo linguis omnibus locuti sunt apostoli? sin intelligebant, unde audebant eos ebrietatis accusare, cum in promptu convinci possent ab intelligentia audientium, et cognoscentium quæ loquebantur? Et hoc modo loqui potuit, qui tuam quæstionem acerbius excutere velit. At mihi contrarium dicere visum: nimirum si non intelligebant loquentes, haud miracula taxarent de ebrietate. Quorsum enim quis taxare velit illud quod ipsi molestiam non fecisset? Verum cum intelligerent, displicuit illis quod magnalia Dei apostoli prædicarent; quibus cum malevoli compungerentur, conati sunt miraculum risu traducere. Ideo beatus Lucas ait, « Irridentes dicebant [22], » etc., hoc est traducentes, accusantes, obtegere volentes operationem miraculosam. Quomodo igitur, cum intelligebant quæ dicebantur, ebrietati ascripsere? Ab ingenti furore, ab ignorantia suprema; in more enim ponitur apud ejusmodi homines, ut cum minus ipsis arrideant, quæ dicuntur, utcunque salutifera et perutilia sint, insaniæ, ebrietatis dicentes accusent; aut etiam arreptitium esse eum, qui loquitur, solent accusare; nec ipsum se intelligere, nedum perciperet auditor; utcunque qui loquitur, sine lapsu loquatur; et qui accusat et irridet, quod auditum spectat et intellectum, sanus fuerit. Sed isti ebrietatem objicere eo magis audebant, quia cum loquentes suis ipsorum dialectis intelligerent, et alios arbitrarentur non intelligere propter linguam alienam, se non facile de sycophantia convictos iri putarent. Intelligebant ipsi, sed alios, qui una aderant, quorum causa rem transcripserant ebrietati, longe remotos ab intelligentia arbitrabantur. Nec sane mirum. Quemadmodum enim cum per Domini potentiam dæmonia ejicerentur, et videbant, et agnoscebant rem miraculosam, sed cum laudare et deprædicare deberent, ad blasphemandum abducebantur; et cum morbos et ægritudines curari, viderent, magnitudinem cum miraculi, tum beneficii, invidiæ materiam et calumniarum fecerunt: ita nunc, cum negando non essent linguarum supernaturale et prodigiosum donum, simili invidia irritati, sine pudore, pleno ore ebrietatem miraculo asperserunt. Adverte autem nequitiam, extremam stultitiam parem in se habentem. Nam cum esset

[22] Act. II, 13.

incredibile, circa horam tertiam, ut ebrietate apostoli tenerentur, homines virtutis præcones, et inter timorem et pericula continuo agentes ; ad potationis novitatem confugiunt (cum uvæ nondum maturuerant, sed terrenum humorem in flores eliquarent), et a qualitate complicant calumniam, « Musti, dicentes, pleni sunt. » Ubi enim violens et præceps animus haud inhibetur, id solum in proposito habetur, non ut quod congruum est nec deridendum dicatur, sed illa potius proferantur, per quæ, animi furores et absurditates adimpleantur, et difficultas in eis quæ oculis cernuntur, amoliatur. Quocirca quod prudenter dixisse videbantur, insignem stultitiam et fatuitatem ipsorum in fine ostendit.

A φατον (καί τοι τῶν βοτρύων οὔπω πρὸς ὥραν ὄντων, ἀλλ' ἄρτι τὴν γεηρὰν ἰκμάδα εἰς ἄνθος ἀποτριβομένων) καταφεύγουσι, καὶ τῇ ποιότητι τὴν ὕβριν συνδιαπλέκουσι, « Γλεύκους, λέγοντες, μεμεστωμενοί εἰσιν. » Ἐν οἷς γὰρ τὸ ἰταμὸν τῆς γνώμης ἀκατάσχετον, μόνος πρόκειται σκοπός, οὐχ ὅπως τι δέον καὶ μὴ καταγέλαστον εἰπεῖν, ἀλλὰ δι' ὧν ἄν τις τύχοι τὸ μανιῶδες καὶ ἀλόκοτον ἐμπλῆσαι τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ἀμηχανίαν παραμυθήσασθαι. Διὸ καὶ ὅπερ ἔδοξαν ἐκ περινοίας εἰπεῖν, εἰς πολλὴν αὐτῶν ἄνοιαν καὶ ἀπόνοιαν τελευτᾷ.

QUÆSTIO LXXXII [*Coisl.* CCXLVIII, *Taur.* CCXXXIX].

Quomodo non est contrarium sumere nomen Domini Dei in vanum ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΒ'.

Πῶς οὐκ ἔστιν ἐναντίον τὸ λαβεῖν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἐπὶ ματαίῳ ;

Edita a Rich. Montacutio inter Photii epistolas, ed Londin, ep. 147, *ad Theodot.* p. 204, 205.

Sumunt « Dei nomen in vanum [93], » apud Testamentum Vetus, qui idolis illud transcribebant et adaptabant ; tum qui falso juramento temerabant ; tum etiam qui ad scurrilitates aut vana colloquia id tractabant. Istorum singuli, divino nomine, ut re frustranea utebantur : In Novo illi abutuntur, cum contra quod sancitur lege, jurejurando nomen ejus subjiciunt. Oportet enim qui sub gratia vivunt, perfectius quid prioribus possidere. Tum et illi qui Filium a paterna substantia alienant. et cum creaturis locant ; ac tamen velut pœnitentes, titulo deitatis eum adoptatum ornant : Qui enim sic creaturis Dei nomen applicant, prodigiose « in vanum » sumunt. Sed et qui per controversias et concertationes, tanquam e trivio quid arreptum, huc, illuc, ut aleis ludentes, agitant, et cum sonitu transferunt : hoc autem præstant strenue, qui hæreticis scholis evanescunt. Etiamnum quoque « in vanum » sumunt nomen Domini Deique nostri, qui audent tueri indifferentem rem esse seu Christi, sive Antichristi imaginem facere, aut idola paganis olim culta. Isti omnes, quantum per audaciam ipsorum possunt, Domini nomen et appellationem frustraneam reddunt et inutilem. Par est enim omnino Dei nomen venerandum et adorandum existimare, neque juramentis oblectari, nec pejuriis (Dei nomen) profanare, nec idolis adaptare : non, ut insanivit Arius, creaturam deificare in opprobrium Creatoris, neque rem indifferentem putare, ei, qui meruit hoc nomen, et qui contrarium sortitus est, applicare ; non hæreticis logomachiis, velut alea, ludere ; non superfluis mataeologiis, quibuslibet immiscere, aut componere : sed tantummodo salutiferum et adorandum nomen ad communem usurpare utilitatem, in sacris precibus, mysteriis, et congruis doctrinis. Hæc tu, si caveris, observando simul eris, recte ita statuens

Λαμβάνουσι « τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ἐπὶ ματαίῳ · » οἱ μὲν τῆς Παλαιᾶς, εἰδώλοις αὐτὸ περιάπτοντες καὶ περιτιθέντες, καὶ οἱ ἐπιόρκῳ καθυβρίζοντες ὅρκῳ, καὶ δὴ καὶ εὐτραπελίαις, ἤ τισιν ἄλλαις συνεφέλκοντες αὐτὸ ἀργολογίαις. (Τούτων γὰρ ἕκαστος, ὡς ματαίᾳ κέχρηται τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ.) Οἱ δὲ τῆς Νέας · ἐπειδ' ἄν, παρὰ τὸν τεθέντα νόμον, ὅρκῳ τὴν αὐτοῦ καθυποβάλλωσι κλῆσιν. Δεῖ γάρ τι τελειότερον τοὺς ἐν τῇ χάριτι, τῶν πρὸ ταύτης, ἔχειν. Ἔπειτα δὲ, καὶ οἱ τὸν Υἱὸν ἀλλοτριοῦντες τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ μετὰ τῶν κτισμάτων τιθέντες. Εἶτα πάλιν, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας εἰς τὴν τῆς θεότητος αὐτὸν εἰσποιοῦντες κλῆσιν. Κτίσματι γὰρ οὗτοι τὸ θεῖον ὄνομα περιτιθέντες, ἐκτόπως αὐτὸ ματαιοποιοῦσι. Καὶ δὴ, καὶ οἱ ταῖς ἐριστικαῖς ἀμίλλαις, ὥσπερ τι τῶν τυχόντων, αὐτὸ ὧδε κἀκεῖσε, οἷα δὴ κύβοις παίζοντες, περιστρέφοντες καὶ διακωδωνιῶντες · ὅπερ μάλιστα ποιοῦσιν οἱ ταῖς αἱρετικαῖς ἐμματαίζοντες λέσχαις. Ἔτι δὲ λαμβάνουσι καὶ νῦν « ἐπὶ ματαίῳ » τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, οἱ ἀδιάφορον τολμῶντες λέγειν τήν τε Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἤτοι τὰ εἴδωλα τῶν Ἑλληνικῶν σεβασμάτων. Πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι, ματαίαν καὶ ἀνωφελῆ τὴν Δεσποτικὴν προσηγορίαν, τό γε ἦκον εἰς τὴν αὐτῶν d, ἀποφαίνουσι, τόλμαν. Δεῖ γὰρ παντὶ τρόπῳ τὴν θείαν κλῆσιν, φρικτήν τε καὶ σεβασμίαν ἡγεῖσθαι · καὶ μήτε ὅρκοις ὅλως χαίρειν, μήτε καθυβρίζειν ἐπιορκίᾳ · ἀλλὰ μηδὲ περιάπτειν εἰδώλοις · μηδὲ μετὰ τὴν Ἀρείου νόσον θεοποεῖν τὴν κτίσιν, κατὰ τοῦ Κτίσαντος · μήτε μὲν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι τὸ ταύτης ἠξιωμένον τῆς κλήσεως, καὶ τὸ κληρωσάμενον τὴν ἐναντίαν · μηδ' αἱρετικαῖς πεττεύειν αὐτὸ λογομαχίαις · ἀλλὰ μηδὲ περιτταῖς τισι συνανακιρνᾶν καὶ συναναφύρειν ματαιολογίαις ἐν μόναις δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν εὐχαῖς τε καὶ τελεταῖς καὶ ταῖς προσηκούσαις διδασκαλίαις e, τὸ σωτήριον ἐκεῖνο καὶ θαυμαστὸν

VARIÆ LECTIONES.

d Cod. Mon. 553 f. 114 habet εἰς τὴν αὐτήν. e Cod. Mon. προσηκούσαις τε θεολογίαις καὶ διδασκαλίαις.

ὄνομα, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν παραλαμβάνειν. Α σὺ παραφυλαττόμενος, φυλάξεις τε ἅμα, καὶ καλῶς νοήσεις, τὴν θείαν ἐκείνην νομοθεσίαν, τὴν λέγουσαν, « Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. »

A illud præceptum præclarum, «Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum [93]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΙΓ'.

Τί ἐστι πνεῦμα Πύθωνος ;

QUÆSTIO LXXXIII [*Coisl.* CCXLIX, *Taur.* CCLX],

Quid est spiritus Pytonis ?

Edita a Montacutio, ep. 151, *ad Theodot.*, p. 206-207. De engastrimytho I Reg. xxviii, 7 seq.; Act xvi, 16 seq.

Τὸ ἐμφωλεῦον τῇ ἀνθρωπείᾳ γαστρὶ πονηρὸν, καὶ ἄξιον τὴν κοπροδόχον οἰκεῖν, ἀκάθαρτον πνεῦμα, οἱ μὲν τῆς εὐσεβείας, λίαν ἐμφερῶς προσωνομάκασιν ἐγγαστρίμυθον· τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν οἱ μὲν πλεῖστοι, ἐντερόμαντιν· ἕτεροι δὲ ἐγγαστρίμαντιν (1) ὀνομάζουσι. Σοφοκλῆς δὲ ἄρα καὶ Πλάτων, ὑπὲρ τοῦ B δαιμονίου, τῆς γαστρὸς τὴν οἴκησιν αἰσχυνόμενοι, ὁ μὲν (ἅτε ποιητικός τίς ὢν, καὶ πολὺ τὸ ἄφετον ἐπὶ τῆς γλώσσης ἔχων, καὶ αὐτόνομον) ἀντὶ γαστρὸς αὐτῷ τὰ στέρνα χαρισάμενον, στερνόμαντιν μετωνόμασεν· ὁ δὲ, τὸ ἐμφανὲς ἴτως τοῦ ψεύδους ἐκκλίνων, ἑτέρᾳ δὲ μεθόδῳ κλέπτον τὴν ὕβριν. Εὐρυκλέα καλεῖ τὸ γαστρίοικον. Οὕτω, φασὶ, κληθέντος πάλαι τινὸς, ἐπὶ τῷ πάθει [a] διαβοηθέντος· ἀφ' οὗ καὶ τοῖς ἐφεξῆς τὴν προσηγορίαν νέμουσιν. Ἔοικε γὰρ τὸ δαιμόνιον τοῦτο φύλον, οὐ γυναίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν τῇ κόπρῳ φιλεῖν ἐγγαστριζεσθαι. Λαοπλάνον δὲ τοῦτο, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀπωλείας, τοῖς προσέχειν αὐτῷ ἀναπεπεισμένοις, πρόξενον. Καλοῦσι δὲ αὐτὸ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ Πύθωνα· ὅπερ οἶμαι καὶ τῇ τῶν Φιλιππησίων παιδίσκῃ ἐγγαστριζόμενον, τὸν C ἐκ τῆς πλάνης ἔρανον, τοῖς κυρίοις αὐτῆς, οἷα δὴ καὶ αὐτοῦ δι' ἐκείνης δεσπόζουσι, κατατίθεσθαι. Ὁ δὴ κακομηχάνῳ γνώμῃ καὶ τὸν θεσπέσιον Παῦλον ἐπαίνων ἐγκωμίοις μελετῆσαν ὑπέρχεσθαι, μισθὸν τῆς κολακείας, τὴν ὑπερορίαν, εὗρε, τῆς ἀδίκου καὶ φίλης οἰκήσεως.

Malum illum qui humanos ventres incolit, dignum certe latrinam occupare, impurum nempe spiritum, illi qui pietatem colunt apposite nominarunt *engastrimythum*. Apud Græcos plerique *enteromantia*, aliquid *engastrimantin* vocant. Sophocles et Plato dæmonii in gratiam, cum de ventris illius incolatu pudefierent, ille quidem (utpote poeticus exsistens, et linguæ libertate præditus, suique juris) loco ventris pectus ei cum assignasset, *sternomantin* nominavit ; alter, cum, ut verisimile est, apertum cuperet vitare mendacium, aliam inivit viam, et dedecus declinavit, et inhabitantem *Euriclea* nominat. Quo nomine, ut affirmant, vocabatur quidam, qui olim hoc affectu inclaruerat, a quo deinceps aliis titulum indiderunt. Solet enim hoc genus dæmonum stercore non mulierum modo, sed et virorum oblectari, et ideo ventrem subire. Est autem populi deceptor spiritus, et ruinam extremam procurat eis, qui ut fidem ei habeant induci poterint. Multi porro e Græcis *Pythonem* nominant : cujusmodi, opinor, apud Philippenses, ancillæ ventrem subierat, quæ per illam imposturam hero suo symbola colligebat, qui Per ancillam dominabatur dæmonio. Ille spiritus mala mente laudabat Paulum, et per encomia meditabatur illum subire, sed adulationis præmium relegationem meruit, ab injusta et dilecta habitatione semotus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΙΔ'.

QUÆSTIO LXXXIV [*Coisl.* CCL, *Taur.* CCXLI.].

Edita a Montacutio, ep. 152, *ad Taur.* p. 207, 208, in Rom. v, 12.

Τὸ, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » ὅπερ Παῦλος μὲν ὁ θεῖος ἔφησε, σὺ δὲ μαθεῖν ἠτήσας, τούτου δὴ τὴν διάνοιαν, οἱ μὲν, ἐφ' ᾧ, τῷ Ἀδάμ· οἱ δὲ, ἐφ' ᾧ τῷ θανάτῳ, συνυπακούοντες ἀποδιδόασιν. Ἐμοὶ δὲ D οὐδέτερον δοκεῖ. Οὐδὲ γάρ τι συνυπακούειν δεῖ, αὐτόθεν ἔχοντος τοῦ ῥητοῦ τὴν ἐντέλειαν. Τὸ γὰρ, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » νῦν οὐ προσώπου τινός, οὐδ' οἷον προσώπου, δεικτικόν ἐστιν· ἀλλ' αἰτίας μάλιστα παραστατικόν· οἷον, « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » διότι πάντες ἥμαρτον. Καὶ μυρία [f] μὲν, καὶ παρὰ τοῖς ἔξω, ἡ τοιαύτη συνθήκη τῶν λόγων· ἀρκέσει δ' οὖν ὁ θεῖος Παῦλος, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὰς λέξεις ἑρμηνεύων. Λέγει γὰρ ἀλλαχοῦ, « Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι, » εἶτα, « Ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐνδύσασθαι [g], ἀλλ' ἐπενδύσασθαι. » Περίδηλον γὰρ ἐκ τούτου, ὡς τὸ, ἐφ' ᾧ, αἰτίας αὐτῷ σημαντικὸν παρειλήφθη· τουτέστι, Διὰ τοῦτο στε-

Pauli illud effatum, « In quo omnes peccaverunt [94], » quid sibi velit, doceri cupis. Istius loci sententiam quidam ita reddunt, ut illud. *in quo*, ad Adamum referant ; alii ad illud; « in qua morte. » Mihi neutrum placet. Neque enim quidquam subintelligendum occurrit, cum per se constet sibi dicti illius perfecta constitutio. Nam, « In quo omnes peccaverunt, » in præsenti nec personam aliquam, nec tanquam personam repræsentat : sed potius causam indicat, quasi diceret, « In quo omnes peccaverunt, » id est, in quantum peccaverunt omnes. Atque certe exstant apud externos scriptores sexcenta istiusmodi locutionis exempla ; sed sufficiet nobis divinus Paulus qui suam nobis sententiam explicet. Ait ille alibi : « Etenim qui in hoc tabernaculo sumus, ingemiscimus prægravati. In quo nolumus induere, sed superindui [95]. » Patet enim

[93] Exod. xx. 7. [94] Rom. v, 12. [95] II Cor. v. 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Cod. Mon. 553 f. 115 legit ἐπὶ τὸ πάθος. [f] μυριάκις. C. M. μυρία. [g] ἐκδύσασθαι. C. M. ἐνδύσασθαι.

in hoc loco, illud *in quo*, quasi causativum quid accipi debeat. Est enim sensus. Ob illud ingemiscimus non quod indui volumus, sed quod superindui. Ut explicatius dicam, loci sententiam ista est: *Ingemiscimus*, dum in tabernaculo consistimus, eo quod superaggravamur. Quid ergo? visne corpus ideo tuum exuere, quod Dei manus effigiaverunt, et cui animam coaptavit divinum spiraculum? Nequaquam, inquies, absit id faciam, Neque enim ingemisco, ea propter quod non exuar: sed quandoquidem non induar. Indui vero appellat, immortalitate circumamiciri, et statum adipisci, in quo ab initio formabatur. Quocirca statim infert: « Ut absorbeatur mortalitas a vita. » Non ingemisco propterea quod corpus istud non depono, sed quod nondum corpore circumdor eo, quod incorruptioni conjungitur, et vitæ æternæ. Hinc jam satis constat, illud, *in quo*, causativi formam obtinere; sed ulterius, e dicti ipsius sensu, patet. Dicit enim Apostolus quod cum peccaret Adam, atque ideo morti adjudicabatur, ab eo propagatum humanum genus mortem quoque sibi procuravit. Neque illud simpliciter, et sine judiciali sententia, sed « in quo omnes peccaverunt: » hoc est, sed « quod omnes peccaveruut, » non aliter quam qui creatus fuit. Hanc ob causam et in supplicio consortes fiunt, Agendi item consortium in eamdem condemnationis societatem impulit illos.

A

B

C

D

QUÆSTIO LXXXV [*Cois.* CCLI, *Taur.* CCXL(II].

Quid significat jugum non ducere cum infidelibus?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΕ'.

Τί σημαίνει τὸ μὴ ἑτεροζυγεῖν ἀπίστοις;

Edita a Montacutio, ep. 155, *ad Joann. patr.* p. 209, 210. In II Cor. VI, 14.

Quod interrogas quid velit, « Ne jugum ducito cum infidelibus [96]. » duplicem admittit, uti reor, sensum. Aut quod non oporteat ad infideles propendere, ita ut ad illorum fabulas potius attendamus, quam fidelium doctrinam; aut quod non oporteat vos quasi familiaribus et sodalibus copulari cum infidelibus, et eumdem sulcum serere. Hoc et antiqua præcepit lex. « Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animalibus: » aut, « Non admittes jumenta tua alienigenæ [97]. » Præcepit in istis, ut nec ad sobolem procreandam, aut aliud opus instituendum, heterogeneis animalibus jumenta sua subjiciat: hoc enim usui non expedit; illud contra leges naturales fit: potius per mandatum de irrationalibus insinuat, quod ratione præditi homines communionem illorum vitare debeant, qui alieni et alienigenæ sunt a fide; non contrahere cum eis matrimonium, nedum in negotiis spiritualibus assumere illos cooperarios. Corrumpet potius qui talis est mos, quam adaugebit tuos labores; et quamobrem necesse est, ut pietatis tuæ nobilitatem nothis generationibus commisceas? Sed cum sensus hujus dicti, ut aiebamus, duplex sit, eumdem progerminant utilitatis fructum. Sententiæ porro quæ est diversitas, scripturæ quoque flagita-

Ὅπερ ἠρώτησας τί ἐστιν, « Μὴ ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. » διττὴν, οἶμαι, τὴν ἔννοιαν ἔχει. Ἤ, ὅτι οὐ δεῖ ὑμᾶς [k] ἑτεροῤῥέπως ἔχειν πρὸς τοὺς ἀπίστους, κἀκείνων μᾶλλον τοῖς μύθοις προσέχειν, ἤπερ τῇ τῶν πιστῶν διδασκαλίᾳ· ἢ ὅτι οὐ δεῖ ὑμᾶς [l], ὡς οἰκείοις καὶ ἑτέροις [m] ἑαυτοὺς τοῖς ἀπίστοις συζευγνύναι, καὶ τὴν αὐτὴν τῆς ἀσεβείας αὖλακα τέμνειν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ παλαιὸς ἀποθεσπίζει νόμος, « Οὐ κατοχεύσεις τὰ κτήνη σου, λέγων, ἑτεροζύγῳ· » ἢ, « Οὐχ ὑποβαλεῖς τὰ κτήνη σου ἀνομοφύλῳ. » Προστάττει μὲν γὰρ διὰ τούτων, μήτε εἰς γένεσιν, μήτε εἰς ἄλλην τινὰ ἐργασίαν, δεῖν τοῖς ἑτερογενέσι ζώοις τὰ οἰκεῖα κτήνη συνάπτειν· τὸ μὲν γὰρ δύσχρηστον τὸ δὲ τοὺς θεσμοὺς ἐστιν ἀνατρέπειν τῆς φύσεως, παρεγγυᾶται δὲ μᾶλλον, διὰ τῆς ἐπὶ τῶν ἀλόγων νομοθεσίας, ὡς παντὶ τρόπῳ προσήκει τοὺς λογικοὺς, φεύγειν τὴν πρὸς τοὺς κατὰ πίστιν ἑτερο-

[96] II Cor. VI, 14. [97] Levit. XIX, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[h] ἐκδύσασθαι. [i] C. M. αὐτό. [j] διεπέπλαστο. [k] ἡμᾶς. C. M. ὑμας. [l] ἡμᾶς. [m] ἑταίροις.

διάφορον δηλονότι καὶ τὴν γραφὴν ἀπαιτήσει· ἡ μὲν γὰρ προτέρα, βραχεῖαν τὴν μετὰ τὴν ἄρχουσαν συλλαβήν· ἡ δὲ δευτέρα, μηκυνομένην εἰς φθόγγον ἕξει [n]. Σὺ δέ μοι ἐν Κυρίῳ ἔρρωσο.

bat differentiam; prior enim syllabam primæ proximam brexem habet, secunda autem sono longam producit. Tu autem in Domino vale.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠϚ. — QUÆSTIO LXXXVI [*Coisl.* CCLII, *Taur.* CCXLII].

Edita a Montacutio, ep. 156, *ad Georgium Nic.*, p. 210, 211. De voce ἐγκομβώσασθαι I Petri v, 5.

Θαυμάζω μάλιστα, εἰ καί σοι γραμματικευομένῳ, καὶ ταῖς τῶν ποιητῶν λεσχηνεύοντι μελέταις, τὸ ἐγκομβώσασθαι βαρβάρου φωνῆς, ἀλλ' οὐχ Ἑλληνικὴ λέξις, ἔδοξεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος καὶ κορυφαῖος Πέτρος, οὐδὲν περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων σπουδάζων, ταύτην τοῖς ἑαυτοῦ παρείληφε γράμμασιν. Οὐ γὰρ ἠχώ τινα καὶ τέχνην ῥημάτων, οὐδὲ λεξιδίων ψόφον, καὶ κτύπον ῥημάτων, δι' ὧν τινες τὰ τῶν μειρακίων ὑπογαργαλίζουσιν ὦτα, καὶ κρότον ἑαυτοῖς ἐγείρουσιν ἐκεῖθεν, ἀλλὰ ψυχῶν σωτηρίαν τοῖς ἀκροαταῖς ἐνθεῖναι φορτίδα [n*] ἐτίθετο. Σὲ δ' οὖν Ἐπιχάρμου μάλιστα, καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου, τῶν σῶν, μεμνημένον, ἐχρῆν περιπτύσσεσθαι μᾶλλον, ἢ δυσχεραίνειν, τῇ λέξει. Ὁ μὲν γὰρ πολλαχοῦ, καὶ κατὰ διαφορους ἐγκλίσεις σχηματίζων τὴν λέξιν, ἐχρήσατο ταύτῃ. Ἐγκεκόμβωται γάρ, φησὶ, καὶ ἀπερεμφάτως, ἐγκομβώσασθαι. Ὁ δὲ Καρύστιος, ἐν Ἀπολειπούσῃ· (εἰρήσθω γὰρ εἰς τὴν σὴν χάριν καὶ ἡ χρῆσις·) τὴν ἐπωμίαν, φησὶ, πτύξασα διπλῆν, ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Οὓς ἐχρῆν ἀναλαμβάνοντα, μὴ βαρβαροφωνίας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα αἰτιᾶσθαι· ὑπερθαυμάζειν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ τῆς τοιαύτης σπουδῆς, ὡς παιδιᾶς ὑπερορῶν· ὅμως κατὰ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν κριτὰς ὀνομάτων ἔστιν οὗ, τὰς ἑαυτοῦ ἐπιστολὰς ἐξεδίδου· διδοὺς ἐκ τῶν τοιούτων ἐννοεῖν, ὡς εἴπερ ἔμελλεν αὐτῷ λεξειδίων ἦχος καὶ τέρψις, ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ κἂν τούτοις ὑπερθαυμάζεσθαι· καὶ εἴγε ψυχῶν τινων σωτηρίαν, ἐκ τῆς τοιαύτης σπουδῆς προϊοῦσαν συνεώρα, ἴδῃς ἂν αὐτοῦ τοὺς λόγους, τῷ ἐμφύτῳ κάλλει, οὗ καὶ νῦν μέτοχοι, τοσοῦτον τῶν Πλατωνικῶν γοητευμάτων, καὶ τῆς Δημοσθενικῆς κομψείας, καὶ τῆς Θουκυδίδου μεγαλορρημοσύνης, ἔχοντας τὸ ὑπερέχον, ὅσον τῶν Ἀσιακῶν (οὐδὲ γὰρ ἂν ἡδέως εἴποιμι τῶν κακόζήλων διὰ σὲ], τούτους χατὶν ὑπερκεῖσθαι. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ γὰρ τὰ πολλῷ μείζονα καὶ ὑπερφυῆ λαβὼν, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, εἰ κέρδος τι τοιοῦτον ἐφύετο ἐκεῖθεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τῆς μειρακιώδους ταύτης ἔχων τὸ ἧττον ἐφάνη φιλοτιμίας· ἀλλὰ κἀν τούτοις, τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ χωρὶς ἀγῶνος, ἐδείχθη ἂν ἀναδεδειγμένος.

Miror sane, cum grammaticaster sis, et poetarum studio vaces, tibi ἐγκομβ ώσασθαι videri vocem barbaram, et non Græcam. Beatus ille et coryphæus Petrus, qui nullum in Græcarum vocum electione posuit studium, hanc suæ inseruit epistolæ. Non ille echo, aut artificium verborum, nec syllabarum sonum, aut sonitum, unde quidam juventutis lenocinantur auribus, et applausum sibi concitant, sed salutem animarum auditoribus inserere curam habuit. Te autem decuit tui meminisse Epicharmi, et Appollodori Carystii, eoque amplecti potius dictionem, quam illa offendi. Ille multoties, et secundum varias formationes declinata voce utitur. Ait enim ἐγκεκόμβωται, et in infinitivo ἐγκομβώσασθαι. Carystius autem in *Apolipusa*, seu Desertrice, [comœdia sic dicta,] (in tuam enim gratiam dicatur lectionis usus,) τὴν ἐπωμίαν dicit πτύξασα διπλῆν, ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Hos in memoriam reducens, non oportuit te veritatis præconem de voce barbara insimulare; potius mirari, quod cum tale studium puerile coutempserit apostolus, nihilominus juxta criticos dictionum Græcarum suas, nescio quo pacto, Epistolas exaravit. Hinc autem intelligere dedit, quod si vocis sonitus et oblectatio arrideret, facile ipse feret vel in istis acquirere admirationem: et si ex isto studio curave salutem animarum resultare vidisset, vidisses ipsius sermones insita quadam pulchritudine, cujus et nunc participant, in tantum transcendisse Platonis incantamenta, Demosthenis cincinnos, magniloquentiam Tucydideam, in quantum illi Asiaticos istos oratores superant: non enim in tuam gratiam licebit vocare eos affectatos. Patet autem quod affirmo; nam qui longe majora et sublimiora ad hominum salutem procurandam suscepit, siquidem exinde commodum accresceret, haud certe recusasset aliquid de puerili hac ambitione possidere; verum et in illiusmodi ultra omnes obtinuisse, et quidem sine certamine videretur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΖ΄. — QUÆSTIO LXXXVII. [*Coisl.* CCLIII. *Taur.* CCXLIV].

Edita a Montacutio, ep. 157, *ad Euschem.*, p. 211-212. In Ezechielis cap. I, 10.

Τί δήποτε, διαπυνθάνῃ, βοῶν καὶ λεόντων, ἀετῶν τε καὶ ἀνθρώπων μορφαῖς αἱ τῶν Χερουβὶμ ὄψεις τοῖς θείοις προφήταις ἐνεφανίσθησαν; Ἀλλὰ τὰς μὲν, τοῖς

Et quorsum, rogitas, cherubinæ facies divinis prophetis revelebantur, sub formis boum, leonum, aquilarum, hominum? Rationes ab antiquis redditas haud

VARIÆ LECTIONES.

[n] C. M. βραχεῖαν μετὰ τὴν ἄρχουσαν συλλαβὴν εἰς δίφθογγον ἕξει. [n*] pone φροντίδα, et sic Hœsch editio.

te arbritror ignorare : at illos negligere qui dixerunt sermones illos, quorum ordinabantur inspectores, per illas figuras insinuari : boum quippe ipsis, nescio cur, hominum, aquilarum, leonum curam et inspectionem concredunt, Platonico more, sed verbis diversis ideas introducentes, potius quam pietatis studio quæstioni institutæ respondentes. Dixerim ego, quod haud quaquam eorum animantium, quorum erant curatores, species per figuras istas repræsentabantur. Absit : unus enim omnium conditor et inspector est. Verum illud perspicue per figuras ostendunt, quod qui terram, aerem, cœlum et quæ in iis sunt, stabilivit (istis enim in loci ostensorum animalium vita victusque habetur, et generatio), is ipse est, qui potestates cœlestes subsistere fecit, et inesse produxit. Sed et ulterius Scriptura per ista docet, quod quomodo homo, bos, leo, aquila, et cæteræ omnes creaturæ, per solum verbum producebantur ; ita et beatæ illæ creaturæ, verbum Conditoris de non esse productæ et generatæ fuerant. In illa quidem incorporea et ineffigiata natura figuras aliquas et formas istiusmodi repræsentare velle, nihil aliud est quam declarare, unum et eumdem rerum omnium exsistere Conditorem ; tum quod nihil laboriosius ipsi fuit incorporeas et intellectuales naturas procreare, quam cæteras quaslibet creaturas ; cum in omnibus ex æquo, et pari potestate voluntas divina infinitæ potentiæ operetur. Si placet, est et tertium quod illæ in cherubinis similitudines insinuant, nempe, quemadmodum homo, et aquila, et bos, et quælibet omnino creatura Dominicis præceptis obsecundabatur illius reveretur cum timore mandatum : ita omnis quoque ultramundana et ultracœlestis substantia nutibus ipsius subsidet, et libenter subservire gestit ad quidquid jubetur expediendum. Fortassis autem et aliæ insuper suppetent causæ, dum tacitus hæc apud te mediteris quæ jam dixi, in quas libenter te incidere velim.

A πρὸ ἡμῶν ἀποδεδομένας αἰτίας, οἶμαί σε μὴ ἀγνοεῖν, κἀκείνους δὲ παρορᾷν, οἳ τοὺς λόγους ἔφασαν ὧν ἐτάχθησαν ἔφοροι, διὰ τῶν σχημάτων ἐκείνων αἰνίττεσθαι · βοῶν γὰρ αὐτοῖς οὗτοι, καὶ ἀνθρώπων, ἀετῶν τε καὶ λεόντων, οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, τὴν ἐφορίαν ἐγχειρίζουσι · Πλατωνικώτερον μᾶλλον, δι' ἑτέρων λόγων, τὰς εἰδέας εἰσάγοντες, ἢ εὐσεβέστερον παριστῶντες τὸ ζητούμενον. Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, ὡς οὐχ ὧν ἔφοροι τυγχάνουσι, ταῦτα διὰ των σχημάτων ἐμφανίζουσι · πολλοῦ γε καὶ δεῖ · εἷς γὰρ ἁπάντων δημιουργός τε καὶ ἔφορος. Ἀλλ' ἐκεῖνο τρανῶς ἐν τοῖς τύποις δεικνύουσιν, ὡς ὁ τὴν γῆν τε καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸν οὐρανόν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὑποστήσας (ἐν τούτοις γὰρ τῶν ἐμφαινομένων ζώων, τοῖς τόποις, ὅ τε βίος καὶ ἡ γένεσις) αὐτός ἐστιν οὗτος, B ὁ καὶ τὰς ὑπερουρανίους δυνάμεις ο οὐσιώσας, καὶ παραγαγὼν εἰς ὕπαρξιν. Ἔπειτα δὲ, διὰ τούτων ὁ λόγος p διδάσκει, ὅτιπερ καθ' ὃν τρόπον ἄνθρωπός τε καὶ βοῦς καὶ λέων, καὶ ἀετὸς, καὶ τἆλλα τῶν κτισμάτων, εὐχερῶς καὶ ῥήματι μόνῳ συνέστη · οὕτω δή, οὕτω καὶ ἡ μακαρία φύσις ἐκείνη, λόγῳ τοῦ Κτίσαντος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἦχθη πρὸς γένεσιν. Τὸ γὰρ, ἐκείνῃ τῇ ἀσωμάτῳ καὶ ἀσχηματίστῳ φύσει, μορφάς τινας καὶ τοιαῦτα σχήματα παρυποδεῖξαι οὐδὲν ἕτερον ἐστιν, ἢ ἕνα τε καὶ τὸν αὐτὸν ἁπάντων Ποιητὴν ὑπάρχειν, ἐπιδεδειχέναι · καὶ ὅτι οὐδὲν ἐργωδέστερον, ἢ τἆλλα τῶν κτισμάτων, ἡ ἀσώματος καὶ νοερὰ φύσις ὑπέστη ἐν πᾶσι παραπλησίως καὶ ἰσοσθενῶς, τοῦ θείου καὶ ἀπειροδυνάμου δρῶντος βουλήματος. Εἰ βούλει δὲ, πρὸς τούτοις καὶ τρίτον C ἄλλο διδάσκουσιν αἱ ἐν τοῖς Χερουβὶμ ὁμοιώσεις, ὅτι ὥσπερ ἄνθρωπός τε καὶ ἀετὸς καὶ βοῦς, καὶ ἁπλῶς ἕκαστον τῶν κτισμάτων, τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι πειθαρχεῖ, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐντολὴν ὑποπτήσσει · οὕτω δή οὕτω, καὶ πᾶσα ἡ ὑπερκόσμιός τε καὶ ὑπερουράνιος οὐσία τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ὑπείκει, καὶ πρὸς ἅπαν τὸ κελευόμενον προθύμως ὑπηρετεῖται. Τάχα δ' ἂν σοι, καθ' ἑαυτὸν σκοπεύντι, ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτεραι προσεξευρεθήσονται αἰτίαι· αἷς ἂν ἡδέως ἐντύχοιμι.

QUÆSTIO LXXXVIII. [*Coisl.* CCLIV ; *Taur.* CCXLV]. (1)

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΗ'.

Edita a Montacutio, ep. 161, *ad Taras*, p. 214, 215. De sancta Trinitate.

Rogas, quomodo dicimus ; « Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum », nec tamen cogimur necessario tres Deos, non unum confiteri? Clare et breviter respondeo. Exempla enim plura et varia a divinis Patribus ad solutionem hujus quæstionis, ab ipsa veritate, cui operam locabant, abunde suppeditata fuere, et ab iis adhibita prout oportuit ; quorum siquis mentionem vellet replicare, librum scribere oportet, non epistolam. Quod facere mihi videtur supervaca-

D Ἐρωτᾷς, πῶς ἔστι λέγειν, « Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα, » καὶ μὴ εἰς ἀνάγκην περιίστασθαι, τρεῖς, ἀνθ' ἑνὸς, Θεοὺς ἀνομολογεῖν ; Ἐγώ σοι σαφῶς καὶ συντόμως ἐρῶ. Παραδείγματα μὲν γὰρ πολλὰ καὶ ποικίλα, τοῖς θείοις ἡμῶν Πατράσιν, εἰς τὸ διαλῦσαι την ἀπορίαν ταύτην, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὑπὲρ ἧς ἐσπούδαζον, ἀρθόνως τε ἐχορηγήθη καὶ εἰς δέον διατέτακται· ὧν εἴ τις ἐπιμνησθῆναι θελήσειε, βιβλίον ὅλον ἀντ' ἐπιστολῆς ἂν γράψειε. Τοῦτο δὲ ἄλλως οἶμαι περιττον· τί γάρ·

VARIÆ LECTIONES.

o C. Mon. 553 f. 118 ; οὐρανίους δυνάμεις. p C, M. ὀλίγους.

NOTÆ

(1) Affinis est q. XXVII.

ἐνὸν τοῖς ἀρχαίοις, καὶ ἐξ ἑτοίμου, προσομιλεῖν. Σὺ δὲ (οὐ γὰρ ἔχω πῶς ἀνεπαχθέστερον εἴπω) ἀντὶ τῶν πάλαι καλῶς γεγραμμένων, καινῶν προσδέῃ γραφέων, ἐξιδιουμένων τὰ πρὸ αὐτῶν καὶ ἀλλότρια. Ἀλλὰ χωρὶς ἐκείνων, τὸ σύντομον καὶ σαφὲς, καὶ οὐδὲ χωρὶς τοῦ συμπείθειν, μετὰ προσοχῆς ἄκουε· ἔχει δὲ ὧδε· Θεὸν καλεῖς τὸν Πατέρα· πότερον τεμὼν τὴν ὑπόστασιν, καὶ ἀλλοτριώσας τῆς ἐν αὐτῷ καὶ κοινῆς θεότητος, ἢ οὐκ ἂν τολμήσαις εἰπεῖν; οὕτω γὰρ ἂν εἴη τὸ τιμᾶν καὶ ὀνομάζειν Θεὸν τὸν Πατέρα, τῆς ἐσχάτης βαρύτερον ὕβρεως, ἀποσπάδα τινὰ καὶ παραφυάδα νοεῖν τῆς ὁλικῆς καὶ ὑπερουσίου Θεότητος ἐξ οὗ πᾶσα θεία, καὶ τοῖς ἐν διαιρέσει καὶ ῥεύσει τὸ εἶναι λαχοῦσιν, ἕνωσίς τε καὶ συνοχὴ καὶ συνάφεια. Ὁρᾷς πῶς ἂν ὀρθῶς ἐννοηθείης τε καὶ φήσαις Θεὸν τὸν Πατέρα. Οὐκοῦν οὐδὲ τὸν Υἱὸν Θεὸν ὀνομάζων, ἀφοριεῖς τῆς αὐτῆς Θεότητος· εἴπερ μὴ κατ' ἄλλην μὲν ἔννοιαν τὸν Υἱὸν, κατ' ἄλλην δὲ τὸν Πατέρα Θεὸν ὑπεκρίνω ἀποφαίνεσθαι· οὐδὲ τὸ Πνεῦμα δὲ δηλονότι· ἡ αὐτὴ γὰρ ἂν παρακολουθήσῃ κακόνοια. Εἰ τοίνυν ἕκαστον τῶν τριῶν, καθ' ἑαυτὸ τῷ νῷ λαμβανόμενον, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς ὀνομαζόμενον, οὐδαμῇ οὐδαμῶς τῆς ἐνθεωρουμένης καὶ μιᾶς ἀπετμήθη Θεότητος· εἰκότως ἄρα καὶ σὺν ἀλλήλοις λαμβανόμενα, οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἀλλ' εἷς q τὰ τρία Θεὸς δοξασθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ Θεὸς ἐλέγετο, καθ' ἑαυτὸ νοούμενον ἕκαστον, ὡς εἰς ἰδίαν καὶ ἔκφυλον Θεότητα ἀναγόμενον, εἰκότως ἄν, σὺν ἀλλήλοις, καὶ τρεῖς Θεοὶ ὠνομάζοντο. Εἰ δὲ, ὡς τὴν αὐτὴν ὁμοτίμως καὶ μίαν Θεότητα συναγόμενον, Θεὸς τῶν τριῶν ἐκαλεῖτο ἕκαστον· τίς ὁ βιαζόμενος, τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς τῆς ἐνθεωρουμένης αὐτοῖς καὶ συμπληρωτικῆς διαιρεθέντα Θεότητος, τρεῖς λέγειν Θεούς; μᾶλλον δὲ, πῶς οὐκ ἀνάγκη πᾶσα, τὰ τρία λέγειν ἕνα Θεὸν, οὐδαμοῦ διαιρεθέντος οὐδενὸς τῶν τριῶν τῆς ἐνιαίας καὶ ἀτμήτου καὶ ἀδιαιρέτου Θεότητος;

A neum, cum cuivis obvia sint apud antiquiores lectori. Tu autem (neque enim habeo quod gravius dicam) pro olim optime relatis in litteras, novorum indigus scriptorum es, qui sibi aliena et antiquiora appropriant. Absque illis autem breviter et perspicue, cum attentione, ut persuadearis, audi, quod sic se habet: Patrem appellas Deum, utrumne hypostasin diffindendo et alienando illum a communi, quæ ipsi inest, deitate, annon audes effari? hoc enim modo honorare et nominare Deum Patrem extremi convitii gravitatem excederet; abstractionem enim quamdam et excrescentiam imaginaris totalis et supersubstantialis Deitatis, a qua omnis divina unio, conjunctio et cohæsio, etiam illis inest quorum essentia in divisione et B fluxu consistit. Vides ut recte apud animum statuas et profitearis Deum Patrem. Quocirca nec cum Deum dicas Filium, ab eadem separabis Deitate, nisi forte uno intelligendi modo Filium, alio Patrem perhibendum sentias; sed nec cum Spiritum sanctum; eadem enim sequetur impia intelligentia. Siquidem ergo horum trium quilibet separatim et per se comprehensus animo et Deus, Deus, Deus, erit dictus, nullatenus aliquando ab unica et mente considerata Deitate abscinditur; certe nec injuria, ubi conjunctim prædicantur, non tres Dii, sed ut unus Deus, tres illi glorificabuntur. Si horum singuli separatim prolati, Deus diceretur. veluti in appropriatam Deitatem et alienigenam abducti, omnino certe inter se tres Dii dicerentur. Sin autem in C unam et honore æqualem Deitatem adducti, Deus trium quilibet vocetur: ecquis est, qui coget ea quæ nullo modo alicubi separari possunt a Deitate interne considerata, et omnibus suis numeris absoluta, tres Deos nominare? Jam vero omnino necesse erit, Tres dicere unum Deum, cum nullatenus aliquis e tribus dividatur, vel alienetur una indivisa et insecabili Deitate.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΘ'.

Πόσα σημαινομενα ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ Γραφῇ τῆς Θεοῦ φωνῆς;

QUÆSTIO LXXXIX [*Coisl.* CCLXX, *Taur*, CCLXI].

Quot significationes vocis Deus *in Scripturis reperiri possunt?*

Edita a Montacutio, ep. 162, *Ad Amphil.*, p. 215-216. De significatione nominis Dei.

α'. Τρία σημαινομενα τοῦ, Θεὸς, ὀνόματος, ὅσα γε εἰς μνήμην κατὰ δόξαν οἶδα τῆς θείας Γραφῆς· ἓν μὲν τὸ κυρίως καὶ πρώτως Οὗ, οὗ ἐν τῇ χειρὶ παντα, καὶ ὃς ἁπάντων δεσπόζει· « Τὰ γὰρ σύμπαντα δοῦλα σά. » D

1. Nominis Dei tria sunt significata, quantum recordari possum, juxta Scripturæ sensum: unum, quod sit proprie et primario Ens, cujus in manu omnia sunt, et qui omnibus dominatur: « Omnia enim serviunt tibi [98-99]. »

β'. Δευτέρᾳ δὲ τάξει, καὶ μεθέξει τῆς πρώτης αἰτίας, λέγοιτ' ἂν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖνος θεὸς, ὃς, ἐφ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν· γεννητῇ φύσει, εἰς μίμησιν ἑαυτὸν, ἀρετῶν ἀσχήσει, διαπλάττοι Θεοῦ. Καὶ γὰρ, ὥσπερ κυρίως μέν ἐστιν ἀγαθὸν ἡ θεία καὶ πανουργὸς φύσις· κατὰ μέθεξιν δὲ, καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι διακαθάρσει βίου τῆς ἐκεῖθεν

2 Ordine secundo et relative ad causam primam, dicetur hominum Deus ille, qui in quantum possibile est naturæ creatæ, se per virtutis exercitium ad imitationem Dei conformat. Etenim quemadmodum principaliter bonum est natura illa divina omnium rerum creatrix, per participationem vero et illi homines, qui de vita mundificata

[98-99] Psal. CXVIII, 91.

VARIÆ LECTIONES.

q Mendose pro εἷς C. Mon. εἷς Θεὸς τὰ τρία

τὴν θεότητα λαμπρῶς ἀνακηρύττει ἑτεροφυὲς, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα ὁμοούσιον παριστᾷ. Τρίτον δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, οἱ τῶν Μανιχαίων παῖδες, φαντασίᾳ τὴν σάρκα τὸν Χριστὸν προειληφέναι δογματοποιοῦνται· ἀλλ' ὡς ὁρᾷς, προαποτειχίζεται τῇ περιτομῇ, καὶ τοῦτο τὸ δύσφημον. Ἡ φαντασία γὰρ τομὴν καὶ πάθος καὶ ῥύσιν ὁρωμένην αἵματος οὐκ ἀνέχεται· οὐδὲ τὰ τῆς ἀληθείας ἔργα, τὸ πλάσμα καθαρῶς παραδέχεται. Πάλιν Οὐαλεντῖνος κενοφωνεῖ, οὐκ ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα παγῆναι· κάτω δὲ τῆς εὐσεβείας πεσών, ἄνωθεν αὐτῷ ποθεν καταβιβάζει τὸ σῶμα· ἀλλὰ καὶ τούτου πόρρωθεν, ὡς δῆλον, ἡ περιτομὴ τὸ θράσος παραποτέμνεται· καὶ πρὸς τούτοις περιτέμνεται, ἵνα τὸ βέβαιον τῆς δοθείσης ἐντολῆς παραστήσῃ· διαμένειν γὰρ αὐτῇ τὸ ἀπαράβατον μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἐξ ὧν ὑπηρετήσατο, μετὰ τοῦ ἀνεπιλήπτου, συγκατασκευάζει. Εἰ γὰρ ὁ μὴ δεηθεὶς ὅλως περιτομῆς, ὅμως ὑπέρχεται [n] ταύτην, σχολῇ γ' ἄν τις ἄλοιη τῶν ὑπὸ τῷ νόμῳ ταύτην παρεωραμένος οὐκ ὀφείλων δίκας. Πάλιν τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος φιλαιτιώτατος ὤν, καὶ τὰς μὴ οὔσας δεινὸς προφάσεις ἀναπλάττειν, εἰ μὴ τὴν περιτομὴν ὑποστὰς, οὗτος αὐτοῖς τὰ σωτήρια εἰσηγεῖτο· τίνος ἂν οὐκ ἐνόμιζον περιδράττεσθαι δικαιολογίας διωθούμενοι τὴν διδασκαλέαν ὅτιπερ ἀπερίτμητον [o] ὄντα καὶ ἐξ αὐτῆς ἑστίας [p] πάντα λύοντα θεσμὸν, πῶς ἐνῆν παραδέχεσθαι σωτῆρα; Ἵνα οὖν αὐτῶν ἀναχώρησιν πᾶσαν ἀποκλείσῃ, καὶ τὸ οἰκεῖον ἁμάρτημα, μηδεμίαν ἔχωσι χώραν, εἰς τὸν ἀναίτιον περιτρέπειν, περιτεμνόμενος τὴν ἀκροβυστίαν, συναποτέμνει τῶν ἀχαρίστων πᾶσαν εὐπρόσωπον πιθανολογίαν. Σκόπει δέ μοι κακεῖνο· εἰ μὲν μὴ περιτμηθεὶς, ἔπαυε τὴν πρᾶξιν, τάχα ἄν τισιν ὁ Δεσπότης, ὡς ἑαυτὸν ἀπαλλάσσων αἰτίας, καὶ τῆς ἰδίας προθέσεως προϊστάμενος, τὴν τῆς περιτομῆς ἀναίρεσιν διὰ τῶν μαθητῶν ὑπενοεῖτο μεθοδεῦσαι· ἐπεὶ δὲ καὶ περιτέμνεται, καὶ παύει τὸ ἔργον, καὶ ταύτην προαφαιρεῖται τὴν ὑπόνοιαν τῶν φιλαιτίων. Σὺ δὲ μηδ' ἐκεῖνο παραδράμῃς· τύπος ἦν καὶ σύμβολον τοῦ βαπτίσματος ἡ περιτομή· μήπω τοιγαροῦν τῆς ἀληθείας φανερωθείσης, τὸν τόπον ἐπικρατεῖν ἔδει· ἐπιστάσης δ' ἐκείνης ταύτην ὑποχωρεῖν. Διὸ περιτέμνεται μὲν τὸ κρύφιον τῆς σαρκὸς, οὔπω τῆς ἐν χάριτι περιτομῆς φανερωθείσης· ἐκείνης δὲ τῷ Δεσποτικῷ βαπτίσματι πάντα περιαυγαζούσης, καὶ λαμπρὰν τὴν ἀλήθειαν ὑποδεικνυούσης, τὰ ἐν σκιᾷ καὶ αἰνίγματι παῤῥησιάζεσθαι τόπον οὐκ εὑρίσκει. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, ἀναμνησθῆναι κακεῖ δεήσει, ἐν τῷ σπέρματι τοῦ Ἀβραὰμ τὰ ἔθνη πάντα ἐνευλογηθήσεσθαι [q]· ὅρκον καθ' ἑαυτοῦ ὀμόσας ὁ Θεὸς τῷ δικαίῳ, ποιεῖται λογάδα πάντων ἐθνῶν τὴν ἐκείνου φυλήν· καὶ οἱονεὶ σφραγίζων αὐτὴν διὰ τοῦ φυλάρχου τῇ περιτομῇ, τήν τε πίστιν ἐπισημαίνεται τοῦ πατριάρχου,

A gatæ rationis phantasia, ipsi suggerebat. Quocirca carnis abscissio perspicue prædicat aliam naturam, distinctam a Deitate, quam consubstantialem nostræ carnis naturæ præstat. Tertio accedunt Manichæi. qui docebant Christum tantum secundum apparentiam carnem sumpsisse : quod per circumcisionem exscinditur ut blasphemum : namque apparentia sectionem, passionem, sanguinis emissionem non admittit : nec veritatis opera consistunt cum veritate. Iterum Valentinus fatue deblaterat carnem Verbo adunitam, non e purissimo virginis sanguine solidatam, sed ipse deorsum a pietate decidens, de cœlo sursum corpus ei devocat ; cujus impium pronuntiatum rejectum manifeste rejicit B circumcisio. Ad hoc itaque circumciditur, ut mandatum de circumcisione datum ratum fixum et firmum manere debere doceat, et non violandum usque ad ejus adventum, cui famulabatur, nec interea calumniis subjaceret. Nam si is, cui non erat opus circumcisione, circumcisionem tamen subiit : is qui sub lege exsistens eam transgrederetur, pœnas meritas dare debebat. Tertio cum querula esset gens Judæorum, et calumniis contexendis dedita, nec non egregius artifex comminiscendi prætextus falsos, si incircumcisus salutem ipsis annuntiasset, facilem illi causationem arripuissent, ut doctrinam allatam longe a se rejicerent, cum legem imprimis illum violasse contenderent. Quare, ut amputaret eorum a veritate defectionem, et ne ansam arriperent suum ipsorum peccatum in innoC centem transferendi, circumcisus præputio, una amputat ingratorum omnium cum aliquo prætextu plausibilem accusationem. Sed et ulterius attende, si non circumcisus finem circumcisioni imponeret, Dominus forte suspicionem apud quos dam incurrere poterat, quod se ut culpa eximeret, ac suam sententiam obtruderet, et discipulis viam ac rationem præstaret tollendi penitus circumcisionem ; circumcisus ipse, ac non aliter cessare fecit hanc suspicionem et ab accusaturis sustulit. Sed nec illud insuper prætereas : erat circumcisio symbolum ac figura baptismi : par fuit ut nequaquam vim suam obtineret typus veritate manifestata sed illi locum daret. Circumciditur D ergo caro in occulta parte corporis, cum nondum circumcisio per gratiam compararet, sed cum illa per Domini baptismum omnia collustrasset, et illustrem reddidisset veritatem, quæ fuerant umbræ et ænigmata libere se exerendi ulterius facultatem non haberent. Præter hactenus commemorata, revocandum est in memoriam, in semine Abrahæ benedicendas esse olim omnes gentes, ita enim justo illi viro, per seipsum juraverat Deus, ita ejus progeniem nationum omnium collectricem facit, quam per tribuum illarum et generis prin-

VARIÆ LECTIONES.

[n] C. M. ὑπερέρχεται· [o] C. M. περίτμητον. [p] C. M. αἰτίας. [q] C. M. εὐλογηθήσεσθαι.

cipem circumcisione consignat, qui et fidem declarat patriarchæ et generationem ejus separatam conservat : juramentum certe transgressionis causam præstitisset, si omnes gentes per communem Servatorem Christum baptizarentur. Quocirca, ut id, quod gratuito poillicitus fuerat Abrahamo, consummatum finem sortiretur, et contra veritatem subortam suspicionem Deus a falsitate juramenti immunem præstaret, (« Nam ego, » dicebat aliquando, « sum veritas et vita. ») circumciditur carne præputii sui, in ipso primo ingressu et primitiis gratiæ : hæc autem est vocatio, benedictio, et adoptio gentium legalem politiam circumscribens et determinans. Plura hujus generis quis per otium excogitata recolet ; quæ lex epistolica, et tua prudentia (nam quid in antedictis habetur, quo non et tacita vestigare liceat ?) cum gratum non habeat, supervacaneum addisse mihi visum est.

A καὶ τὸ γένος ἅμα ἐν ἀφορισμῷ, συντηρεῖ. Ὁ τοίνυν ὅρκος παραβάσεως ἂν παρεῖχεν αἰτίαν εὐλογουμένων [r] μὲν ἁπάντων ἐθνῶν διὰ μόνου τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ · οὐ φέροντος δὲ τὸ ἐπίσημον τῆς Ἀβραμιαίας σπορᾶς, ἥτις ἦν ἡ περιτομή. Ἵνα οὖν καὶ τῷ Ἀβραὰμ τὸ κεχαρισμένον πέρας ἡ ὑπόσχεσις ἀπολάβῃ, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ὑπόληψιν (ἡ δέ ἐστιν ὁ Θεὸς, τῆς ψευδορκίας διαλύσῃ· « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησίν, ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή ») · τέμνεται τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ἐν τῇ τῆς χάριτος ἀπαρχῇ καὶ εἰσαγωγῇ · αὕτη δέ ἐστιν ἡ κλῆσις καὶ ἡ εὐλογία καὶ ἡ υἱοθεσία τῶν ἐθνῶν, τὴν νομικὴν πολιτείαν συμπεριγράφων καὶ συνεκπληρῶν. Καὶ πολλὰ ἄν τις ἕτερα τοιαῦτα κατὰ σχολὴν ἐπιθεωρήσοι [s] ὧν ὅ τε τῆς ἐπιστολῆς νόμος), καὶ ἡ σὴ σύνεσις (τί γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων οὐκ ἐνῆν καὶ τὰ σεσιγημένα θηρᾶσαι ;) ἐπεὶ μὴ ἡδὺ νομίζει, περιττὸν ἐκρίθη ἡ παράθετις.

B

QUÆSTIO CXIX. [*Coisl.* CXLI, *Taur.* CXL.]

De eo : « *Deum nemo vidit unquam.* »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΘ΄.

Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε.

Editarum a Wolfio quarta (*Cur. Philolog.*, t. V, p. 708-715. Galland, t. XIII, p. 713-717, n. 20). — Explanatio verborum, I Joan I, 18.

Egregia tua industria tua et cura ad sapientiæ divinæque doctrinæ capita relata non me solum ad idem studium excitat, sed et unicuique, ut puto, cui animus ab amore rerum præclararum alienus, non suadet, ut res amore indignas magni faciat, laude vero dignas aversetur, idem commendat, Idque tanto magis, quod tu quidem, tantis curis districtus, nihil de studio hoc remittis, quamvis illis quidem singulis curate invigiles, neque ad otium animique relaxationem spectes, sed ea, quæ ad vitam activam ac patriæ commoda pertinent, etiam magis quam meditationes tuas, urgeas. Neque vero a præclaris illis tuis et philosophicis meditamentis penitus investigandis prius abstines, quam ad apicem veritatis, quoad ejus fieri potest, perveneris. Beatos igitur prædico eos, quibus hæc in te videre, et ex te audire licet. Tum vero etiam sentio, quam ægre mihi fecerint inimici, et quam pulchro jucundoque spectaculo invidia me privarit, qui videre non possim philosophiam in media republica chorum ducentem, et quidem nostram, atque adeo talem, cujus fructus cœlestia largitur. Nos quidem ad exemplum Ægieorum, nec tertium nec quartum locum tenemus. Ita enim res nostræ comparatæ sunt. Non novi ego tribum, non testam ;

Ἡ καλή σου περὶ τὰ οὕτω σοφὰ καὶ θεῖα μαθήματα φιλοπονία καὶ σπουδὴ, οὐκ ἐμὶ μόνον πρὸς ἐπιστροφὴν αὐτῆς διανίστησιν, ἀλλὰ καὶ παντί γε, οἶμαι, ὅτῳ μὴ πάνυ τῶν καλῶν ἕτερος ἔρως τὸ φίλτρον ἐκλύων ἀντεπέστησεν τὸ ἀνέραστον (22) θειάζειν τε καὶ κινεῖν ἐπαινου ἄξια, καθίσταται. Μάλιστά γε ὅτι καὶ τοσαύτας φροντίδας ἐγκεχειρισμένος οὐκ ἐνδίδως, οἷς καθ' ἑκάστην προνοούμενος ἐπαγρυπνεῖς, οὐδὲ πρὸς τὴν τῶν πόνων ἄνεσιν καὶ ψυχαγωγίαν ἀναφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπέκεινα τοὺς λογισμοὺς εἰς τὸ δραστήριόν τε καὶ τὸ τῇ πατρίδι συνοῖσον ἀντιστρέφεις. Καὶ τῶν οὕτω θαυμαστῶν καὶ φιλοσόφων θεωρημάτων τὸ βάθος διερευνώμενος οὐκ ἀνίεις, ἕως ἂν, ὡς οἷόν τέ ἐστιν, εἰς αὐτὴν τῆς ἀληθείας ἀναδραμεῖν σοι περιγένοιτο τὴν κορυφήν. Καὶ μακαρίζω τοὺς ὁρῶντας ἐπὶ σοὶ ταῦτα καὶ ἀκούοντας. Καὶ τότε λαμβάνω συναίσθησιν τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπηρείας, καὶ οἵου με καλοῦ καὶ ἡδίστου θεάματος ὁ φθόνος ἐστέρησεν, ἐν πολιτείᾳ ὁρᾶν φιλοσοφίαν χορεύουσαν, καὶ τότε τὴν ἡμετέραν, καὶ ἧς ὁ καιρὸς τὰ οὐράνια. Ἡμεῖς μὲν οὖν κατὰ τοὺς Αἰγιέας οὔτε τρίτος, οὔτε τέταρτος (23). Εἰς ταύτην γὰρ τὰ ἡμέτερα τὴν λῆξιν. Οὐκ οἶδα τὸ φῦλον (24) οὐκ οἶδα τὸ ὄστρακον, οὐκ οἶδα εἰ (25) τῷ καδίσκῳ διὰ τοῦ κημοῦ καθιεμένη (26) ψῆφος, οὐκ οἶδα, εἴ τι ἄλλο. Τὸ γὰρ πυθόχρηστον λόγιον

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[r] C. M. εὐλογουμένον. [s] C. M. ἐπιθεωρήσῃ.

NOTÆ.

(22) Sic scribo pro ἀναίραστος, et mox ἐπαίνου pro ἐπαίνους. Res per se patet.

(23) Ita scripsi pro τρίτος οὔτε τέταρτος. Proverbium in ignavos et contemptos homines dici solitum secundum oraculum illud, quod post alios recitat Stephanus Byzant. p. 36:

Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Vide ibi Thom. de Pinedo, p. 36.

(24) Codex habet φύλλον quod, quomodo huc quadret, non video. Ex sequentibus enim patet, agi hic de rebus ad forum pertinentibus. Itaque φῦλον scripsi, eo sensu, ut tribus vel ordo aliquis et classis hominum indicetur.

(25) εἰ scripsi pro ἤ, sicut mox sequitur, εἴ τι.

(26) Coisl. καθημένη, alter καθημένη. male. Indicatur mos veterum, ex quo judices calculos in cadum demittebant per κημόν, sive vasculum ex junco vel vimine textum, specilli instar in summo latius, in imo angustius. Vide Ludolph. Kusterum ad Aristophanis Equites, v. 1147, p. 115. Adde Harpocrationem v. καδίσκος.

ἄλλως τε χαιρέτω, καὶ ὅτι οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, πλὴν ὅτι παραπλήσιόν τι τῶν εἰρημένων, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, εἰς τὰ νῦν παρόντα τὸν ἡμέτερον βίον περιέστησεν. Ἐμὲ μὲν, ὅτε τὸ γράμμα ἦκεν, νόσος ἐμάστιζε χαλεπὴ, μικροῦ μηδ' εἰπεῖν τι (27) πρὸς τὴν αἴτησιν ταῖς ἐπικειμέναις ἀλγηδόσι τὴν ἄδειαν ἐμπαρέχουσα. Ἀλλ' οὖν, ὡς ἐν νόσῳ πιεζόμενος, ἐκεῖνο ἂν φαίην, ὅτι τὸ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ὑπερούσιόν τε καὶ ἄληπτον οὐσίαν οὐκ ἀνθρωπίνην μόνον ὄψιν καὶ διάνοιαν ἐκφεύγει, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς ἀνωτάτω καὶ πλησιαζούσας δυνάμεις, αἳ πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερανεστήκασι φύσεως· οὐ κατὰ τὸν παρόντα μόνον καιρὸν, καθ' ὃν τῳ πολυπαθεῖ τούτῳ σαρκίῳ δεδέμεθα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, ὅτε τὰ πολλὰ τῶν αἰνιγμάτων καὶ ἐσόπτρων ἀποσκευασαμένοις, καὶ τὸ ἄφθαρτον ἀντὶ τοῦ φθαρτοῦ περιβαλομένοις καθαρώτερόν τε καὶ τελειότερον ἐναστράπτει ἡ ἀλήθεια. Τί γὰρ χρὴ λέγειν, ὡς οὔτε Μωσῆς, ὁ εἰς τηλικοῦτον ὕψος ἀρετῆς ἀναβραμών, ὥστε τά τε ἄλλα τῶν παραδόξων χάριν ἔχων εἶναι αὐτουργὸς καὶ γλώττῃ γεωργεῖν ὥσπερ ἄρουραν τὸν οὐρανὸν, καὶ τροφὴν, αὐτόθεν αὐτοσχέδιον πολλαῖς μυριάσι ἐπαρκεῖν. Οὔτε Ἠλίας ᾧ τοῦ πυρὸς ἡ φύσις, εἰς ἵππους ἐπιμερισθεῖσα καὶ ἅρματα, τὴν πρὸς οὐρανοὺς αὐτῷ καθυπηρετήσατο ἀνοδον. Οὔτε τῶν θείων καὶ μακαρίων προφητῶν ὁ χορὸς, οὐμενοῦν οὐδεὶς ἔσχεν εἰς κατάληψιν ἐλθεῖν, τίς τέ ἐστιν καὶ ὅπως ἐστὶν ἡ ὑπερφυὴς τε καὶ ἀκήρατος φύσις Θεότητος. Ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν ἔστι καὶ ὑφέστηκεν, εἰς κατάληψιν ἡμῖν ἐχαρίσατο, εἰ καὶ τοῖς μὲν μᾶλλον ἐναυγάζει τὴν χάριν, τοῖς δὲ ἐπιδεέστερον κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἑκάστῳ τοῦ κατορθώματος.

Τί ποτε δέ ἐστιν, ἢ ὅπως ποτέ ἐστιν, οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἑαυτὴν ἀπεγύμνωσεν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰρημένων ἁγίων ἔμπροσθεν Μωσῇ ἐπιποθήσαντι τὸ ἀθέατον οὐ δεδώρηται. Παραμύθιον δὲ πόθου τοῦ ἀτυχήσαντος τῆς σαρκώσεως, καὶ τότε διὰ συμβόλων καὶ τύπων ἐκκαλύπτεται τὸ μυστήριον. Τοῖς δὲ ἐν τύποις τε καὶ ὁμοιώμασιν, ὅσα ἔστιν ἰδεῖν ἀνθρώπῳ δυνατὰ, τὴν οἰκείαν δόξαν τὸ Θεῖον ἐνήστραψεν. Ὅτι δὲ Θεὸν ἀνθρώπων οὐδεὶς ἑώρακεν, οὔτε δυνήσεται ἰδεῖν, γέμει μὲν τῆς μαρτυρίας τὰ παλαιὰ καὶ ἱερὰ γράμματα, γέμει δὲ ἡ χάρις Καὶ βίβλος ἂν ὁλόκληρος εἴη ἡ τῶν ἐπιμαρτυρόμενων Λογίων τὴν γνῶσιν παράθεσις. Καὶ μὴν καὶ ὁ τῶν τοῦ θείου ῥημάτων Παύλου μύστης καὶ κατήκοος. ὁ ῥήτωρ μὲν τοὺς λόγους, φιλόσοφος δὲ τὰ νοήματα, μᾶλλον δὲ καὶ ὁ τοῦ νοῦ καὶ τῆς γλώσσης τὴν ἄνωθεν ἀποστάζων χάριν, καὶ τῆς θείας ἡμῖν σοφίας ἀναβλύζων τὴν ἄβυσσον, οὗτος οὖν ὁ μέγας Διονύσιος (28) λαμπρῶς τε καὶ δριμέως μετέρχεται τὸ, μηδαμῇ τὸ Θεῖον, τί ποτέ ἐστιν, μηδέποτε ἀνθρωπίναις ὑποβάλλεσθαι καταλή-

A non novi, num cado per specillum immissa sint suffragia ; non novi, nunquid aliud factum sit. Oraculum enim illud Delphicum ut alias valere jubeo, ita ad me nihil attinet, nisi quod aliquid dictis simile, quod, et ipse facile fatearis, præsenti vitæ meæ conditioni acciderit. Cum litteræ tuæ ad me perferrentur, adeo gravis me vexabat morbus, ut per dolores continuos non permitteret, ut ad petitionem tuam vel verbulum proferre possem. Cum eodem igitur adhuc conflictanti hoc unum dicere licet, quod Numen, omnes essentias superans et incomprehensibile, non hominum solum mentem et oculos, sed et supernas illas Deoque proximas potestates, quæ res naturales longo post se intervallo relinquunt, fugiat : idque non in hoc B tantum sæculo, quo corpusculo, variis imbecillitatibus obnoxio, juncti sumus, sed et sæculis futuris, quando nos, depositis ænigmatibus et perspicillis, incoruptibile pro corruptibili induti, veritatem purius et perfectius perspiciemus. Quid enim dicere attinet, quod neque Moses, quis in tantum potestatis virtutisque gradum evectus est, ut, qui alias quoque miracula edendi facultate valeret, lingua sua cœlum, instar terræ, colere atque inde multis hominum millibus cibum sponte et subito natum subministrare posset ; neque Elias, cui ignis natura, equorum et currus vices præstans, aditum in cœlum paravit ; neque divinorum et beatorum prophetarum chorus intelligendo assequi potuerit, quæ et qualis sit supernaturalis illa et perfectissima summi Numinis natura. Quod tamen et sit, et per- C sistat, id quidem nosse nobis dedit ; quamvis alios largius, alios parcius pro modulo, cuique accommodato, gratia sua collustret.

Quæ vero illa Numinis natura sit, aut qualis tandem sit, nemini omnium patere voluit ; quod nec Mosi ipsi, qui ante sanctos illos, quos diximus, viros invisibilem videre cupiebat, concessum est. In solatium tamen desiderii, quod in conspectum incarnationis frustra ferebatur, etiam tunc mysterium illud per symbola et typos revelabatur. In his vero typis et adumbrationibus Summum Numen gloriam suam, quoad quidem hominibus perspicere eam licet, illucescere voluit. Quod vero Deum nemo hominum viderit, D nec videre unquam possit, id quidem frequentibus Scripturæ sacræ, tum Veteris tum Novi Instrumenti, testimoniis abunde constat. Horum oraculorum, id quidem testantium, collectio justum librum efficeret. Ille quoque, qui divini Pauli eloquia audiit et edoctus est, verbis quidem rhetor, sententiis vero philosophus, vel talis potius, qui et intelligentia et lingua sublimiorem stillat gratiam, nobisque divinioris sapientiæ profunda aperit,

NOTÆ.

(27) Colb. pro μὴ δειπνεῖν τι.

(28) Est ille Dionysius Areopagita, cujus scripta, quæ hodie falso sub ejus nomine circumferuntur, pro germanis habuit Photius noster, qui et in Myriobiblo suo codice 1 Theodori Presbyteri librum singularem pro γνησιότητι eorum enarrat.

magnus, inquam, Dionysius præclare et graviter docet, Divini Numinis essentiam mentibus hominum nunquam subjici. Porro ex magno religionis athleta, qui per omnem vitam multa pertulit, divino, puta, Athanasio (31) multa ejusmodi effata colligere licet, quæ Numen summum sine velamento aliquo, tegumento, aut similitudine ab humano genere, quod ad essentiam et naturam nunquam intelligi posse pronuntiant. Quis vero ignorat, magnum et admirabilem Basilium, regiam illam Ecclesiæ stolam, optimumque et amantissimum animarum medicum, contra Eunomii hæresin medicinam parantem, inter cætera Pæonia remedia id in primis suppeditasse, quod diviua illa et ineffabilis natura nec intelligi nec comprehendi possit ?

Præterea ab illo quoque, cui theologi nomine ex diviuis magis sermonibus, quam ex nuda appellatione designari contigit (novi te Gregorium cogitare), quique copiosis et acutis argumentis veritatem hanc asserere instituit, de eodem capite commentatio perscripta est. Denique et ille Ecclesiæ orator, vel ille potius, qui totum orbem sermonibus, præconio Evangelii aliisque doctrinis plenis, instruxit, ille, inquam, quem sermones sui aurei oris nomine communiter appellari fecerunt, singulari oratione, ad veritatem non minus, quam obsequium flectente, quæ *De incomprehensibili* inscribitur, nihil diligentius, quam idem hoc argumentum urget, et demonstrat. Præter hos innumeros ex doctoribus nostris alios per otium inveneris, eamdem sententiam suffragiis suis approbantes, quos totidem verbis eam proposuisse demonstrare possem, nisi me acris morbus doloribus intensissimis vexaret. Interim et tibi ipsi, ea, quæ dixi, et quæ alia sunt, memoria repeteuti, facile fuerit, testimonia illa colligere, et miram omnium consensionem perspicere. Mihi quidem nunc suffecerit apponere vocem illam, quam angeli incorporei eo tempore, quo totus apostolorum chorus, Dominum et Deum nostrum una cum eo, quod ex nobis assumpserat, in cœlum receptum videns mirabatur et stupebat, clare promulgarunt, illis dicentes : « Quid statis cœlum intuentes ? hic Jesus, a vobis sublatus, eo modo revertetur, quo illum in cœlum proficiscentem vidistis [87]. » Abibat scilicet, ut una cum eo, quod assumpserat, in sinum Patris reciperetur, quemadmodum antea in his terris ita conspiciebatur, ut carne nostra exterius, munitus, et humana forma indutus appareret. Divinum itaque illud

ψεσιν (29). Καὶ δὴ (30) καὶ τοῦ μεγάλου τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστοῦ, ὃς βίον τοὺς ἄθλους ἠνέγκατο, τὸν θεσπέσιόν φημι Ἀθανάσιον (31), πολλὰς ἔστι λαβεῖν τὰς ῥήσεις, αἳ τὸ Θεῖον χωρίς τινος παραπετάσματος καὶ προβλήματος ἢ ὁμοιώματος ἄληπτον παντελῶς, ὅσα γε εἰς οὐσίαν καὶ φύσιν, τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ἀνακηρύττουσι. Τὴν δὲ τῆς Ἐκκλησίας βασίλειον στολὴν, τὸν θαυμαστὸν καὶ μέγαν Βασίλειον, τὸν ἄριστόν τε ἅμα καὶ ἡδιστον τῶν ψυχῶν ἰατρόν, τίς οὐκ οἶδεν, ὅτιπερ κατὰ τῆς Εὐνομίου λύσσης κιρνῶν τὸ φάρμακον, ὡς ἓν τι τῶν Παιωνίων ἀλεξημάτων, καὶ τοῦτο δὴ τοῦτο τὸ (32) τῆς θείας καὶ ἀῤῥήτου φύσεως ἄληπτόν τε καὶ ἀνεπινόητον παρεστησατο ;

B Καὶ μὴν καὶ τῷ (33) ἀπὸ τῆς θειότητος τῶν λόγων μᾶλλον ἢ διὰ τῆς κλήσεως κληρωσαμένῳ τὸ (34) χαρακτηρίζεσθαι τὸν Θεολόγον (οἶδα Γρηγόριον ὡς ἐνόησας) λόγοις ὅτι μάλιστα πυκνοῖς τε καὶ ὁριμέσι τοῖς ἐνθυμήμασι ἰχνηλατοῦντι τὴν ἀλήθειαν περὶ ταύτης ἀναγέγραπται τῆς ὑποθέσεως (35). Ἀλλά γε δὴ καὶ τῷ ῥήτορι τῆς Ἐκκλησίας, μᾶλλον δὲ τῷ μετὰ Παῦλον τὴν περίγειον πᾶσαν τοῖς τοῦ κηρύγματος λόγοις καὶ τῆς ἄλλης παιδαγωγίας πολίσαντι, καὶ τούτῳ δὴ, τούτῳ, οὗ τὸ στόμα οἱ λόγοι χρυσοῦν τῷ κόσμῳ ἐγνώρισαν, λόγος ῥεων πολὺ μετὰ τῆς ἀληθείας τὸ πειθήνιον, ὃς ὁ Περὶ ἀκαταλήπτου ἐπιγράφεται (36), οὐδὲν ἕτερον μᾶλλον, ἢ τὸ προκείμενον σπουδάζει, καὶ ἀποδείκνυσιν. Καὶ μυρίους ἄλλους τῶν θείων ἡμῶν Πατέρων εὕροι ἄν τις κατὰ

C σχολὴν, ὁμογνώμονα τοῖς εἰρημένοις τὴν ψῆφον ἐξάγοντας, οὓς εἰ μὴ (37) τὸ πικρὸν τῆς νόσου τὴν ὀδύνην ἐπέτεινεν, τάχα ἂν καὶ αὐταῖς λέξεσι τὴν γνώμην παρεῖχον δεικνύοντας. Πλὴν ἀλλά σοί γε ῥᾴδιον ὑπόμνησιν λαβόντι τῶν τε εἰρημένων, καὶ τῶν ἔτι λειπομένων, τὰς μαρτυρίας εἰς ἓν ἀθροισάμενον τὴν ἐκ πάντων συμφωνίαν θαυμασίαν οἵαν θεάσασθαι. Ἡμῖν δ' ἀρκεῖ τὰ νῦν καὶ τῶν ἀσωμάτων μόνον ἡ φωνὴ παρατεθεῖσα, ἣν ἐπειδὴ τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην καὶ Θεὸν ἡμῶν μετὰ τοῦ προσλήμματος, ἀναλαμβανόμενον βλέποντες, κατεπλήττοντο καὶ ἐτεθήπεσαν, διαῤῥήδην ἀπεφήναντο πρὸς αὐτούς· « Τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν ; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, οὗτος ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Ἐπορεύετο δὴ δηλονότι

D αοῖς πατρικοῖς καὶ μετὰ τοῦ προσλήμματος ἐνιδρυθήσεσθαι κόλποις, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐπὶ γῆς ὡρᾶτο πρόβλημα φέρων τὴν σάρκα, καὶ τὴν ἀνθρώπου μορ-

[87] Act. 1, 2.

NOTÆ.

(29) Vide Dionysium, *De divinis nominibus*, cap. 1, tom. I Opp. ejus edit. Corderianæ p. 437, seqq. et aliis,

(30) καὶ δὴ. Colbert.

(31) Vid. Athanasium, tom. I Opp. ed. Montefalcon. p. 94, 227, etc. et tom. II, p. 243, 268 et 274.

(32) Posterius hoc τό est ex Colb.

(33) Sic scribo cum eodem pro τὸ, pendet enim sequente κληρωσαμένῳ.

(34) τὸ scripsi pro τῷ.

(35) Passim hoc agit Gregorius, in primis vero in λόγοις θεολογικοῖς quinque, qui leguntur tomo I Opp. p. 519 seqq.

(36) Quinque exstant D. Chrysostomi λόγοις περὶ ἀκαταλήπτου, contra Anomœos dicti. Lege eos tom. VI edit. Savilianæ, p. 389 seqq., Ducanæ tom. I, p. 292 seqq., et Montefaleontianæ tom. I, p. 444 seqq.

(37) Colb. pro οἱ μή.

φὴν περικείμενος. Οὐκοῦν καὶ εἰς αὖθις κατὰ τὴν ἰδέαν τε καὶ φύσιν ἐμφανισθήσεσθαι, εἰς γνῶσίν τε καὶ κατάληψιν ἀφικέσθαι τὸν κοινὸν Δεσπότην ὁ ἱερὸς χρησμὸς ἐβεβαίωσεν. Καὶ τότε ὅρα μοι, τίσιν. Οὐ γὰρ τοῖς τυχοῦσιν, οὐδ' ὅσοι μικρῷ τῷ μέτρῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰς ἐπίπνοιάν τε θείαν καὶ θεωρίας ὕψος, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ὑπερανέχουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐκείνοις, οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γεγενῆσθαι συμπάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πλάστου προεκρίθησαν. Σὺ δέ μοι τά τε ἄλλα ἔρρωσο, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα Θεῷ καθαρὸν συντηρῶν εἴης τοῦ βίου τὰ κύματα ἱλαρὸν πνεούσαις αὔραις διαπερῶν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἅλμης ὑπερνηχόμενος.

A oraculum confirmat, communem Dominum nostrum eadem specie formaque iterum fore conspicuum, oculisque nostris et cognitioni obvium. Vide vero, quibus illud sit eventurum. Non sane quibusque, neque illis etiam qui exigua mensura alios homines, qnod ad afflatum divinum cognitionisque præstantiam, ut de virtutibus aliis non dicam, superant ; sed ipsis illis, qui ab ipso Conditore digni præ aliis habiti erant, ut ab initio spectatores verbi, et ad totum hominum genus ejusdem interpres et administri essent. Ita tu et alias vale, et animum corpusque Deo intemeratum servans, secundisque ventis usus, præsentis vitæ fluctus supera, salsumque hoc mare emetire.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚ'.

Τί δηλοῖ τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὸ, « Πάντοτε καὶ νῦν δοξασθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, » κ. ἑ. (38).

QUÆSTIO CXX. [*Coisl.* CXLII. *Taur.* CXLI.]

B *Quid significat dictum Apostoli : « Semper et nunc quoque Christus glorificabitur in corpore meo, » etc.*

Editarum a Wolfio quinta (l. c., p. 715-719, Galland. 717-718, n. 21, p. 142). — Expositio textus Philipp. i, 20.

Ἡ τοῦ ῥήτορος τῆς ἀληθείας φωνή, ἡ, ὡς « Πάντοτε καὶ νῦν δοξασθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου (39), » πόθου μὲν αὐτὴ (40) προχεῖται σεβασμίου τε καὶ ἱεροῦ, ἐλπίδος δὲ βέβηκεν φύσιν ἀγνοούσης θνητὴν, τοιαύτην δὲ τὴν διάνοιαν ὑποθηλοῖ· Πάντοτε ὁ Χριστὸς ἐν τῷ σώματι Παύλου ἐμεγαλύνετο, καὶ ὅτε δεσμοῖς αὐτὸν καὶ μάστιξι ἐνταλαιπωρεῖσθαι συνεχώρει, καὶ θανάτου πρὸ πυλῶν ἐρρῖφθαι, καὶ ὅτε ἐξεῖλκε αὐτὸν καὶ ἀνήρπαζεν ἐκ μέσων τῶν ἀνιαρῶν. Οἷς μὲν γὰρ ἐναθλεῖν ἠφίετο, καὶ τοῖς εἰς θάνατον ἄγουσι συνεπλέκετο, πειρασμοῖς ἐβεβαιοῦτο καὶ ἐκρατύνετο τῆς εὐσεβείας τὸ κήρυγμα. Λογιζομένων τῶν ὁρώντων τὰ Παύλου δεσμὰ, καὶ τὰς θλίψεις, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ὑπομονὴν ἐκπληττομένων, καὶ τῷ θαύματι πρὸς ἐπιστροφὴν διανισταμένων, ὡς εἰ μὴ θεῖόν τι καὶ παράληθες τὸ παρ' αὐτοῦ κηρυσσόμενον καθεστήκει, οὐκ ἂν ἑαυτὸν μυρίοις χαίρων καὶ ἀφορήτοις ἐδίδου κακοῖς, ἑνὸν παυσάμενον ἀπαλλάττεσθαι τῶν ἀλγεινῶν καὶ μὴ θάνατον εἰς ἀγῶνα καλεῖν. Ἐμεγαλύνετο τοίνυν εἰκότως διὰ τούτων ὁ Χριστὸς, τοῦ κηρύγματος εἰς βεβαίωσιν τοῖς πολλοῖς ἀφικνουμένου, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐμπλατυνομένου ψυχαῖς. Πάλιν δὲ, ἡνίκα ἐξεῖλκεν αὐτὸν καὶ ἀνήρπαζεν κινδύνων ὀλεθρίων, αὐτόθεν ἐμεγαλύνετο. Οὐδὲ γάρ τινος ἀνθρωπίτης ἦν ἐπινοίας ἐκ μέσου χειρὸς φονώσης, καὶ τοῦ αἵματος διψώντων κακῶν, ἀπαθῆ πολλάκις ἀπολύεσθαι τὸν ἀγωνιστὴν, ἀλλὰ θεία τις καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον χάρις ἦν, ἡ παρ' ἐλπίδας τὸν θεράποντα ῥυομένη καὶ διαλύουσα τὰ δεινά. Πῶς ἐλύετο τὰ δεσμά ; Πῶς ἐξέπιπτον αἱ ἁλύσεις ; τὸ φῶς τίς ὑφῆπτεν τῷ οἰκήματι (41) ; πῶς περιήστραπτεν ὅλον τῇ αὐγῇ πληροῦν, μηδεμιᾶς ὕλης ὑπηρετουμένης τῇ

Vox illa præconis veritatis, quæ ait : « Semper et nunc quoque Christus in corpore meo glorificabitur, sive per vitam, sive per mortem, » ex desiderio quodam religioso et sacro profluit, simul vero ad spem aspirat, quæ mortalem naturam ignorat. Sensum vero hunc refert, quod Christus in corpore Pauli semper sit magnificatus, sive eum vinculis et ferulis affligi, mortisque adeo periculis objici pateretur Deus, sive illum ex mediis vexationibus eriperet, et vindicaret. Illis enim tentationibus, vel mortem ipsam minantibus, cum quibus conflictari et depugnare jubebatur, præconium pietatis firmabatur et stabiliebatur. Qui enim Pauli vincula calamitatesque cum ratione perspiciebant, et patientiam in illis probatam admirabantur, illi ipsa hac admiratione ad conversionem excitabantur, cogitantes, nisi præconio ejus divini aliquid et verissimi subesset, se ipsum infinitis et vix tolerabilibus non fuisse objecturum, cum, a sententia discedens, molestiis illis liberari potuisset, nec mortis periculum subire debuisset. Hoc itaque modo Christi gloria convenientissime amplificabatur, quandoquidem præconium illud quam plurimis ratum fiebat, hominumque animis infigebatur. Quando ab altera parte Deus illum ex præsentissimis periculis eripiebat, etiam tum Christus glorificabatur. Neque enim humani erat consilii et opis, athletam hunc ex mediis manus sanguinolentæ, aut improborum hominum, sanguinem sitientium, consiliis illæsum exire. Divinæ potius et plus quam humanæ gratiæ beneficium id erat, quæ scilicet servum illum amotis malis omnibus, præter exspectationem, liberabat. Quomodo enim vincula sol-

NOTÆ.

(38) Philipp. i, 20, ubi tamen pro δοξασθήσεται legitur hodie μεγαλυνθήσεται, ad quem locum nulla codicum varietas in collectione Milliana apparet. Scilicet et hic, ut alias, Photius memoriæ suæ nimium tribuit. Ipse tamen mox verbum δόξαζεσθαι per μεγαλύνεσθαι exponit.

(39) Deesse videtur λέγουσα.

(40) Sic scribo pro αὐτῇ.

(41) Humani aliquid passus hic est Photius. Neque enim l. c. lumen carceris illatum aliunde ; s. d. candela a custode carceris postulata, v. 29, dicitur. Ea huc retulit, quæ Petro acciderunt Act. xii, 17.

vebantur ? quomodo decidebant cætenæ[88] ? quis lumen inferebat carceri ? quomodo illud splendore suo totum perfundebat, cum nullum flammæ alimentum suppeteret ? unde carcer ille solus concutiebatur ? Quomodo aperiebantur fores ? quomodo tot et tanta accidebant, nisi vis manus, omnia perficientis, se exseruisset ? Utraque igitur ex parte Christi gloria in corpore Pauli amplificabatur, sive præco divinus acerbis et morti proximis cruciatibus exerceretur, sive Christus athletam hunc sanguinolentis insidiantium consiliis præter naturam et præter exspectationem superiorem ostenderet. Hoc itaque modo, tum per vitam, hoc est per ea quæ vitam illi præstabant et vindicabant, tum per plagas et cruciatus, qui mortem conciliare poterant, Christus, Deus noster, tanquam fons sapientiæ et potentiæ in Pauli corpore glorificabatur. Nihil vero obstat, quin doctoris nostri verba et prædictionem subjiciamus. Cum enim altera vice Neronis tribunali sisteretur, post primam apologiam, dimissus ; altera vero illa vice, quando Neronis crudelitas immani impetu in pessima quæque ferebatur, vitam gladio amisit ; dicere utique poterat, Christus in corpore meo magnificabitur sive per vitam, sicut nunc, quando ex manu adversante mortemque intentante me eripuit ; sive per mortem, quæ mox consequetur, quando agonotheta ille me maximo certamine non destituet. Conveniens enim fuisse videtur, ut athleta hic non ante fatisceret, neque cursum, humanis viribus superiorem eo mortis genere, quod natura commune facit, interverteret, sed fas potius erat, ut ipsa ejus mors, ipseque ad desideratum præmium abitus et lucta humanæ naturæ vires superaret. Hoc igitur, hoc inquam, Paulus, qui non sibi, sed Christo vivebat qui omnibus omnia fiebat et erat, ante indicat et docet discipulos, ne scilicet in posterum (Pauli enim vita vere insigne munus erat et præcipua post Deum salus, cui scilicet malorum copia inflicta erat) pertubatio quædam et ægritudo, spe omni abjecta, animos eorum opprimeret, quæ in summam eos tristitiam præcipitans, spem omnem everteret, ipsosque in pietatis studio segnes efficeret. Possumus vero etiam alium horum verborum scopum investigare, qui, ut alia taceam, ante pedes positus erat. Quis vero ille ? Is utique, quod Paulus dicat, sicut Christus semper et per omnem vitæ suæ cursum in corpore suo magnificatus sit, cum fortiter omnia perpeteretur, vitamque amaret præsente præstantiorem, eodem vero tempore liberatus insolentius aliquid, et mortali fide majus perciperet ; ita nunc quoque in ipso luctæ fine eumdem magnificatum iri. Glori-

φλογί ; Πόθεν μόνον κατεσείετο τὸ δεσμωτήριον ; Πῶς ἀνεῴγνυντο αἱ θύραι ; πῶς ἐκεῖνα τὰ μυρία καὶ παράδοξα ἐγεγόνει, εἰ μὴ τῆς πάντα κρατούσης ἡ δύναμις ἐπεδείκνυτο χειρός ; Δι' ἀμφοῖν οὖν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ σώματι Παύλου ἐμεγαλύνετο, ταῖς τε πικραῖς καὶ θανατηφόροις βασάνοις ἐγκαρτεροῦντος τοῦ κήρυκος, καὶ δι' ὧν ὑπερφυῶς ταῖς τῶν ἐπιβουλευόντων μιαιφονίαις καὶ παρὰ δόξαν ἀνάλωτον ἐτίθει καὶ ἀπεδείκνυεν τὸν ἀγωνιστήν. Οὕτως οὖν καὶ διὰ τῆς ζωῆς, τουτέστι τῶν ζωοποιούντων καὶ διασωζόντων, καὶ διὰ τῶν θανάτου παραιτίων πληγῶν καὶ βασάνων, ἡ τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως πηγὴ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ Παύλου σώματι ἐμεγαλύνετο. Οὐδὲν δὲ κωλύει τὰ τοῦ διδασκάλου ῥήματα καὶ πρόῤῥησιν ὑπογράφειν. Ἐπεὶ γὰρ δεύτερον τῷ Νέρωνος βήματι παρέστη, καὶ τὴν μὲν πρώτην (42) ἀπολογησάμενος ἠφείθη, τὸ δεύτερον δὲ, πρὸς πάντα τῆς Νέρωνος ὠμότητος ἀσχέτῳ ῥύμῃ φερομένης, ἔῤῥιφει τὸν βίον ἀπολιμπάνει, τοῦτο νῦν ἂν εἴη λέγων, ὅτι Μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, ὥσπερ νῦν ἐκ χειρὸς παλαμναίας καὶ φονώσης ἁφαρπάζων με, εἴτε διὰ θανάτου, ὡς ὕστερον ἔσται, μηδὲ τοῦ κεφαλαίου τῶν ἄθλων ἀποστεροῦντός με τοῦ ἀγωνοθέτου. Ἔδει γάρ, ὡς ἔοικεν, μὴ προαποκαμεῖν τὸν ἀθλητὴν, μηδὲ τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον δρόμον κοινῷ τῆς φύσεως διακοπῆναι θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πρὸς τὸ ποθούμενον ἔξοδον ἆθλον εἶναι καὶ ἀγώνισμα κρείττω φύσεως γηγενοῦς. Τοῦτο δὴ οὖν, τοῦτο ὁ μὴ ζῶν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ, ὁ τοῖς πᾶσι πάντα καὶ γινόμενος, καὶ ὢν, προϋποφαίνει, καὶ προαναδιδάσκει τοὺς μαθητὰς, ἵνα μὴ μετὰ ταῦτα (μέγα γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς καὶ πρώτη μετὰ Θεὸν σωτηρία ἡ Παύλου ζωὴ τοῦ πάθος ἀθρόον διαδοθέντος) θόρυβός τις καὶ τάραχος τῷ ἀνελπίστῳ τὰς ψυχὰς αὐτῶν διασείσῃ, καὶ εἰς ἀμήχανον ἀθυμίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτοῖς ἐλπίδα συγκαταστρέψῃ (43), καὶ πρὸς τὴν εὐσέβειαν καταστήσῃ ὀκνηρούς. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον τῶν ῥημάτων θηρᾶσαι σκοπὸν, εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλ' οὖν παρὰ πόδα τέως ὑπάρχοντα τῷ ῥητῷ. Τίς οὖν οὗτος ; Ὡς πάντοτε, φησὶν, ἐν ὅλῳ τῷ τοῦ βίου διαστήματι ἐμεγαλύνετο ὁ Χριστὸς ἐν τῷ τοῦ Παύλου σώματι, πάσχοντος μὲν ἀνδρείως, καὶ κρεῖττον ἢ κατὰ βίον φιλοῦντος τὸ ζῆν, ἀπαλλασσομένου δὲ ξένον (44) ἀκοῦσαι (45) καὶ πίστεως μεῖζον θνητῆς · οὕτω (46) καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται, καὶ ἐν αὐτῷ τῶν ἀγωνισμάτων τῷ τέλει. Μεγαλυνθήσεται δὲ ἔκ τε τοῦ μὴ παθεῖν τὸν ὑπασπιστὴν ὁμοίως καὶ ἐκ τοῦ παθεῖν. Ἦκων γὰρ ὁ γεννάδας οὗτος ἐπ' αὐτὸ τὸ τελευταῖον στάδιον τῶν ἄθλων, ἀφίεται μὲν τὰ πρῶτα τοῦ θανάτου καὶ τῆς σφαγῆς, λόγῳ ἀληθείας καὶ γνώμῃ θεοσεβεῖ διαλυσάμενος τὰς αἰτίας, μᾶλλον δὲ τῆς παντοκράτορος φιλοτιμησαμένης ἐνταῦθα δεξιᾶς, καὶ δηλονότι ἐμεγαλύνετο ἐν τῷ Παύλου σώματι ὁ Χριστός. Πάλιν δὲ τὸ δεύτερον · οὐ γὰρ ἔδει

[88] Act. XVI, 26.

NOTÆ.

(42) Πρώτην addidi ex Colbert. Conf. II Tim. IV, 16.

(43) Pro συγκαταστρέψει, ut mox καταστήσει·

(44) Colb. pro ξέον.

(45) Ἀκούσαντος malim, ex vocum structura.

(46) Sic Colb. pro οὔπω.

τὸ περὶ τὸν Παῦλον θαῦμα φιλοτιμίας μόνον ὁρᾶσθαι Δεσποτικῆς, ἔδει δὲ ἄρα καὶ τὰ ἐκείνου ἐναστράψαι λαμπρότερον. Λοιπὸν ὁμόσε πρὸς πάντα διὰ τὸ κήρυγμα χωρεῖ, καὶ αὐτοῦ τοῦ ξίφους, καὶ αὐτῆς τῆς σφαγῆς ὑπερορῶν, καὶ μόνον ἓνα διώκων σκοπόν, πάντα δεύτερα τῆς ἀληθείας ἐλέγχειν, καὶ πρὸς τὸν κηρυττόμενον ῥεόμενόν τοῦ αἵματος ἀπελθεῖν, δι' οὗ δηλονότι πάλιν ἐμεγαλύνετο ὁ Χριστός.

A ficandus itaque erat Christus, sive ille Dei satelles pateretur aliquid, sive minus. Strenuus enim ille athleta, ultimum certaminis stadium ingressus, primum quidem a morte et cæde liberabatur, postquam objecta crimina verbo veritatis piisque sententiis diluisset, vel omnipotentis potius Numinis dextra intercessisset. Tunc utique Christus in corpore Pauli magnificabatur. Idem vero fiebat et altera vice. Neque enim singulare et admirandum Domini studium in Paulo conspici tantum, sed et ipsius Pauli res clarius emicare debebant. Reliquum itaque erat, ut ipse propter Evangelii præconium omnia sustineret, ipsumque adeo gladium, et necem ipsam parvipenderet, et ad unum tantum scopum contendens omnia sibi veritate inferiora esse ostenderet, atque adeo sanguine madens ad eum, quem prædicaverat, properaret. Hoc vero ipso Christus iterum magnificabatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΑ'.

Τίνα ἦν τὰ ὑστερήματα τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ ὁ Παῦλος ἐπλήρωσεν ;

QUÆSTIO CXXI [*Coisl.* CXLIII, *Taur.* CXLII].

Quæ fuerunt illa, quæ Christo deerant, quæque Paulus complevit [88] ?

Editarum a Volfio sexta (l. c. p. 719-726 Galland. p. 719, 721, n. 22).

Τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων ἡ προτεθεῖσα περικοπὴ διπλῆν ἐκφέρεται διανοίας ὁδόν. Οἱ μὲν τὸ ὑστέρημα λαβόντες οὕτως ἁπλῶς, ὡς τὸ πρόχειρον ὑποβάλλει τῆς φωνῆς, φασὶ τὸν θεσπέσιον εἰρηκέναι Παῦλον, ὅτι Τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ἀνταναπληρῶ (47), καὶ βούλεσθαι δηλοῦν, ὡς Εἴ τι ἐνέλιπε Χριστὸς τοῦ παθεῖν, ἐγὼ ἐν τῷ σώματί μου ἀνταναπληρῶ (48)· καὶ συνεπισχύοντες (49) τὴν διάνοιαν ταύτην, Ὥσπερ, φασί, ὀέδοται τοῖς ἀποστολοις μείζονα τελεῖν ἢ κατὰ Χριστὸν σημεῖα· καὶ πάλιν, Ὥσπερ αὐτὸς ὁ Παῦλος ὑρᾶται τῶν Δεσποτικῶν ἐντολῶν ὑψηλότερόν τι διαπραττόμενος· ἐξὸν (50) γὰρ αὐτῷ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τρέφεσθαι οὐκ ἐτρέφετο· καὶ τοιαῦτα ἕτερά τινα· οὕτω καὶ τὰ ὑστερήματα τοῦ Δεσπότου τῷ οἰκείῳ ἀνεπλήρου σώματι. Ἀλλ' οὕτω μὲν τεθεωρήκασιν ἔνιοι. Οἱ δὲ αὐτοθεν βαρὺ νομίζοντες τὸ στερῆσαί τινος (51) τὸν Χριστὸν ἐν τῷ παθεῖν· Τί γὰρ ὤφειλεν, τί δ' οὐχ ὑπέστη ἐπηρεαζόμενος, χλευαζόμενος, ἐπιβουλὰς φέρων, ἐνέδρας, ὕβρεις, ὀνείδη, οἴκοθεν, ἔξωθεν, καὶ τὸ τελευταῖον, σταυρὸν καὶ κακούργων θάνατον ; Ὁ δὴ ταῦτα παθὼν, καίτοι ῥᾴδιον ἔχων τὸ φυγεῖν, καὶ πάντα προῖκα καὶ δωρεὰν δι' ἡμᾶς, πῶς ὑστερῆσαι λέγοιτ' ἄν τινος, ἢ παραλιπεῖν ὅλως, ὧν ἔδει παθεῖν ; Τὸ δὲ δύναμιν λαβεῖν μείζονα τέρατα τελεῖν, εἰ μὴ Χριστὸς αὐτὸς ἦν ὁ τῆς δυνάμεως χορηγὸς, οὐ τὴν εἰρημένην μόνην διάνοιαν περιθάλψοι ἄν, ἀλλὰ καὶ ἀτοπωτέραν πολλῷ δυσφημίαν ἀναῤῥιπίσειεν (52) ἄν, ἧς ἡ φυὴ (53) (ῥίζης γὰρ ἐκφύονται τῆς αὐτῆς) πρὸς τὴν ἡγησαμένην ἀναφέρεσθαι δικαία ἐστὶν, καὶ οὐχὶ τῶν λαμβανόντων τὸ θαῦμα, ἀλλ' ἡ τοῦ χορηγοῦντος χάρις, τοῦ θαυμάζεσθαι τὴν ὑπερβολὴν ἔχει. Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου

B Proposita hæc verborum Apostoli series duplici ratione exponitur. Alii enim vocem ὑστέρημα sensu simplicissimo, qui maxime obvius est, accipientes, divinum Paulum statuunt dixisse se reliquias perpessionum Christi vicissim in corpore suo esse suppleturum, atque adeo id sibi velle : Si quid Christus in perpessione sua reliquum fecerit, id ego in corpore meo suppleo. Hanc expositionem confirmaturi aiunt : Sicut Apostolo potestas majora Christi illis miracula patrandi facta est ; sicut etiam Paulus ipse amplius aliquid, quam Domini præcepta postulabant, præstitit (cum enim ex Evangelii præconio alere se potuisset, non tamen inde se aluit) : ita ut alia his similia taceantur, reliquias Domini in suo corpore supplevit [89]. Atque ita quidem sentiunt nonnulli. Alii vero non ferendum putant, ut de Christi perpessione quidquam diminuatur. Quid enim ille pati debuit, quod non sit perpessus, maledictis obrutus, delusus, pravis consiliis, insidiis, injuriis, probris, tum domi, tum foris, expositus, denique vero crucem, maleficorum supplicium, tolerans ? qui vero talia perpessus est, quæ effugere facile poterat, idque nostra tantum causa, quomodo is destitui aliquo, aut quidquam reliquum fecisse dicatur ? Quod vero dicitur facultatem accepisse majora miracula edendi, nisi Christus facultatis illius auctor sit et habeatur, id quidem non solum illam, quam modo diximus, expositionem fovere possit, sed aliam quoque sententiam, illa insolentiorem, cujus origo et ratio

C

D (ex eadem enim utraque radice nata est) ad antecedentem illam referri debet ! Scilicet non illos, qui facultatem hanc acceperunt, admirari oportet,

[88] Coloss. I, 24. [89] I Cor. IX, 14, 15.

NOTÆ.

(47) Colb. pro ἀναπληρῶ, recte quidem. Ita enim codices plerique legunt, lectionisque hujus efficaciam Noster mox urget.

(48) Ita iterum Colb. pro altero, quod modo dixi.

(49) Colb, pro συνεπαισχύνοντες, quod huc prorsus non quadrat.

(50) ἐξόν scripsi pro, ἐξ ὧν. Conf, not. 54.

(51) Ita scribendum putavi pro, τοῦ στερῆσαί τι, quod Coisl. et pro, τὸ στερῆσαί τι, quod Colb. habet.

(52) Hoc malui pro ἀναριπίσειεν.

(53) φυή scripsi pro φυγή. Ita jubet et sensus, et verbum ἐκφύονται, quod mox sequitur.

sed gratia conferentis habet, quod maxime admiremur. Quod porro Paulus ex Evangelio victum sibi non paraverit, cum tamen potuisset, id laude quidem dignum erat, ipsique salutare. Ne scilicet criminandi occasionem faceret, qui eam sollicite quærebant, a libertate hac abstinuit, etiam hic Domini sui præcepto munitus, qui re ipsa admonuit, ut, quamvis per legem et naturam multa facere nobis liceat, scandalo tamen, quod proximo objici possit, recogitato, a libertate illa abstineamus. « Ne enim, inquit, offendamus illos, abi ad mare projice hamum, tolle piscem, qui primus ascendit, et quem, aperto ore ejus, inveneris staterem, illum accipe et dato illis pro me et te [89*] .» Interim hæc Pauli actio laudem promeretur. Qui enim non ? Nullum tamen argumentum præstat, quo constet Christo quidquam defuisse. Propter dictas itaque rationes nonnulli, hanc dicti vocisque ὑστερήμα notionem aversantes, aliam afferunt, et sequentem sententiam significari contendunt. Tria sunt eorum, quæ acta erant, genera. Alia enim sunt majora, alia media, alia vero ultimum locum tuentur. Quando itaque divus Paulus ait : « Ὑστερήματα passionum Christi in corpore meo suppleo, » postrema passionum Christi, et ultimum locum occupantia, eum innuere aiunt, tanquam quæ in in corpore suo suppleat ; quasi diceret, Calamitates meæ, tantum abest, ut cum Christi illis comparari possint, ut illas non cum majoribus comparare audeam, imo nec cum mediis conferam, sed cum ultimis tantum et postremis conjungendas esse censeam Quæcunque enim hominis natura pro Christo vel faciat, vel patiatur, eorum nihil est, quod in censum venire possit, nec quidquam ad illa accedit, quæ ispe pro nobis est perpessus.

A ἐξὸν (54) τρέφεσθαι οὐκ ἐτρέφετο, ἔργον μὲν ἐπαινετὸν καὶ μακάριον. Ἵνα γὰρ μὴ λαβὴν (55) δῷ τοῖς (56) ζητοῦσιν αἰτίαν εὑρεῖν, τῆς ἐξουσίας ἀφίστατο. Δεσπότου δὲ κἀνταῦθα περιφρουρούμενος ἐντολῇ, δι' ἧς, κἂν νόμῳ καὶ φύσει πολλὰ τοῦ πράττειν ἐλεύθεροί ἐσμεν, τὸ τοῖς πλησίον σκάνδαλον ἀντιπαραβεὶς ἔργῳ προὐτρέψατο τῆς ἐξουσίας ἄγειν σχολήν. « Ἵνα γὰρ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, φησὶν, πορευθεὶς εἰς θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα. Ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. » Ἀλλ' ἐπαινετὴ μὲν ἡ Παύλου πρᾶξις (πῶς γὰρ οὔ ;), οὐδὲν δ' ἐχέγγυον παρεχομένη πρὸς τὸ ὑστερῆσαί τι τὸν Χριστόν. Διὰ γοῦν τοὺς εἰρημένους λογισμοὺς οὐκ ἀγαπῶντες B ἔνιοι τὸ ῥηθὲν, εἰς ἑτέραν δόξαν ἄγουσι τὸ ῥητὸν, καὶ τὸ ὑστέρημα λέγουσι νυνὶ τοιοῦτον ἀναπτύσσειν τὸ σημαινόμενον· Τρεῖς εἰσι τῶν πραττομένων αἱ πράξεις. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι μείζω, τὰ δὲ μέτα, τὰ δὲ τὴν ὑστάτην ἀπείληφε χώραν. Τὸ γοῦν εἰπεῖν τὸν θεσπέσιον Παῦλον, ὅτι « Τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ (57) ἐν τῇ σαρκί μου ἀναπληρῶ, » σημαίνειν φασὶ, ὅτι Τὰ ὕστατα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἐσχάτην ἐπέχοντα χώραν, ταῦτα ἐγὼ ἐν τῷ σώματί μου ἀνταναπληρῶ (58)· τουτέστι, Τὰ ἐμὰ πάθη τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ παραβάλλεσθαι τοῖς Χριστοῦ, ὥστε οὐ μόνον τὴν (59) πρὸς τὰ μείζω σύγκρισιν οὐ τολμῶ (60), ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μέσοις συντάττεσθαι, τοῖς ὑστάτοις δὲ καὶ τελευταίοις, ἀγαπητὸν ἐμοὶ τὸ συνεξετάζεσθαι. Ὅσον γὰρ ἂν ἀνθρώπου C φύσις ὑπὲρ Χριστοῦ πράξῃ καὶ πάθῃ (61), οὐδέν ἐστιν ἀντάξιον, οὐδ' ἐγγὺς, ὧν αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθεν.

Multa vero sunt, aiunt illi, quæ hæc cogitata confirment. « Ego enim sum, inquit Apostolus, extremus apostolorum, nec dignus qui vocer apostolus [90] : » item, « Persequor, ut assequar [91] ; » nec non : « Mortem Jesu in corpore circumferens, ut etiam vita Jesu in corpore ejus manifestetur [92]. » Quomodo itaque Paulus illius, qui omnia gratis et nostra causa fecit et sustinuit, reliquias supplevisse dici unquam potest ? Taceo alia his similia. Jam valde quidem posterior hæc expositio rei ipsi consentanea erat futura, nisi vox ὑστέρημα in Veteri et Novo Codice frequenter occureret. « Nunquid, inquit, vobis defuit [93] ? » Et : « Nec quidquam deficit timentibus illum [94]. » Et : « Non puto quid-

Πολλὰ δ' ἂν εἴη, φασὶν, τῇ τοιαύτῃ συνάδοντα θεωρίᾳ. « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶ, ἀπόστολος ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος· » καὶ, « Διώκω εἰ καὶ καταλάβω. » Καὶ, « Ὁ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρων, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ φανερωθῇ. » Πῶς τοῦ (62) πάντα προϊκα καὶ δωρεὰν πράξαντος καὶ παθόντος ὑπέστημα (63) λέγοιτ' ἂν ἀναπληρῶσαι, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ; Καὶ λίαν μὲν ἦν ἁρμοζόμενον τὸ τῆς δευτέρας διανοίας εἶδος, εἰ μὴ πολλαχοῦ τὸ ὑστέρημα ἔν τε τῇ Παλαιᾷ καὶ τῇ Νέᾳ φερόμενον Γραφῇ. « Μή τινος γάρ, φησὶν, ὑστερήσατε ; » καὶ, « Οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. » Καὶ, « Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι. » Καὶ, « Ὑστε-

[89*] Matth. XVII, 27. [90] I Cor. XV, 9. [91] Philipp. III, 12. [92] II Cor. IV, 10. [93] Luc. XXII, 35. [94] Psal. XXXIV, 10.

NOTÆ.

(54) Colb. pro ἐξ ων. Conf. not. 50.
(55) Colb. pro λαβεῖν.
(56) Hoc malo ex Coisl. pro συζητοῦσιν, quod est in Colb.
(57) Verba illa, ἐν τῇ σαρκί μου — θλίψεων τοῦ Χριστοῦ, festinantis librarii lapsu, ex Coislin exciderant, in Colb. recte suppleta.
(58) ἀνταναπληρῶ, Colb. vid. not. 47 et 48.
(59) τὴν Colb. recte pro τά.
(60) Ita scribo pro τολμᾷ.
(61) Sic scribo pro πράξει καὶ πάθει.
(62) Colb. τοῦ pro οὐ.
(63) Sic Coisl. Legerim ego ὑστέρημα, vel ὑπόστημα, siquidem posterior hæc vox ad sensum esset accommodata.

ρηθεὶς οὐ κατενάρκησα οὐδενός· τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοί. » Καὶ ἐν πλείοσιν ἄλλοις τῆς φωνῆς εὑρισκομένης οὐκ ἔστι ῥᾴον λαβεῖν τὴν τοιαύτην διάνοιαν, δι' αὐτῆς ἀναπτυσσομένην, ἀλλ' ὥσπερ προείληπται. Οὕτω καθορῶμεν τῷ ἔθει τῆς Γραφῆς τὸ ὑστέρημα τὴν χρείαν παρεχόμενον τοῦ σημαινομένου. Ἑκατέρας οὖν τῶν εἰρημένων ἐπιδισταζομένης ἐννοίας, εἰς τὸ ἀστασίαστον ἂν καὶ τρίτη δι' αὐτῶν προκύψασα, καὶ τὰς ἑκατέρωθεν λαβὰς μέθοδον ἐκεῖθεν συνευπορήσασα διαφυγεῖν, τοιαύτη τις ἂν εἴη. Δεῖ δὲ τῷ μὲν ὑστερήματι, ὡς ἔθος, χρῆσθαι τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν, καὶ μηδὲν περὶ τὴν λέξιν καινοτομεῖν. Ἀνταναπληρώσει (64) δὲ πῶς ὁ Παῦλος ἐν τῷ σωματι αὐτοῦ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ; τοῦτό μοι συνδιασκόπει λοιπόν. Οὐχ ὅσα Χριστὸς ὀφείλων παθεῖν οὐχ ὑπήνεγκεν, οὐμενοῦν· οὐδὲ γάρ τι ὅλως ὑστέρησεν· ἀλλὰ καὶ ὑπερεπλεόνασεν ἡ χάρις αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς. Ποῖα οὖν ὑστερήματα ἀνταναπληροῖ; Ὅσα, εἴτ' ἔτι (65) τῷ ἀνθρώπου (66) βίῳ ἐπεδήμει ὁ Σωτὴρ καθ' ὃν καιρὸν ὁ Παῦλος ἐκήρυσσεν (67), ἔπαθεν ἂν διδάσκων, καὶ διὰ τῆς παρουσίας ἔτι (68) τοῦ πλάσματος προνοούμενος, ἐκεῖνα νῦν πάσχων ὁ Παῦλος ἀνταναπληροῖ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἐγγύτερον καὶ τῇ τοῦ ῥήματος ἐμφάσει. Οὐ γὰρ ἁπλῶς φησιν Ἀναπληρῶ, ἀλλ' Ἀνταναπληρῶ, τουτέστιν, Ἀντὶ Δεσπότου καὶ διδασκάλου ὁ δοῦλος ἐγὼ καὶ μαθητὴς τὴν ἐκείνου διακονίαν ὑπελθών, καὶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἀνταναπληρῶ. Ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνός ὑπέστη, μὴ παραθέμενός μοι τὴν διακονίαν, ἐπεὶ παρέλαβον ταύτην, εἰκότως καὶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἐν τῷ σώματί μου ἀνταναπληρῶ. Ὅτι δὲ διάδοχοι τῆς Δεσποτικῆς διακονίας κατέστηραν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἀλλαχόθεν μὲν ἔστιν οὐ χαλεπὸν συνιδεῖν, ἀρχέσει δὲ κἀνταῦθα Παῦλος ἑαυτῷ. « Τὰ γὰρ πάντα, φησὶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς. » Καὶ, « Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμενοι ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Ὥσπερ οὖν τὸν τῆς καταλλάγῆς λόγον ἐκληρώσαντο οἱ μαθηταὶ, καὶ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ Χριστοῦ οὕτω καὶ, ἅπερ ἔμελλεν πάσχειν, ἔτι τὴν διακονίαν αὐτὸς ἐκπληρῶν, αὐτοὶ ταῦτα ἐν τῷ σώματι αὐτῶν εἰκότως ἀνταναπληροῦσιν. Καὶ [ἐκ] τούτων μάλιστα Παῦλος, ὃς θαῤῥῶν τοῖς ἔργοις λέγει (69), « Οὐδενὸς τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων ὑστέρησα. » Καὶ σκόπει, ὅπως ἡ τῆς θεωρίας ταύτης ἐπιβολὴ οὐδὲν προὔπέσχετο κομψόν. Τό τε γὰρ ὑστέρημα οὐκ ἐκβιάζεται, ἀλλ'

quam mihi deesse; » item: « Indigens enim non gravis fui cuiquam; inopiam enim meam fratres sublevarunt [95]. « Porro in pluribus aliis locis, in quibus vox hæc invenitur, non facile eam, quæ modo allata est, notionem, sed illam, quæ antea est proposita, deprehenderis. Videmus itaque, vocem ὑστέρημα ex usu Scripturæ defectum rei, de qua sermo est, inferre [96]. Quod si tamen de alterutra harum expositionum dubitandum adhuc videatur, ad componendam omnem controversiam tertia etiam, quæ ex utraque promicat, et difficultates utriusque evitandi viam ostendit, afferri possit in hanc sententiam. Vocem ὑστέρημα eo sensu, qui Scripturæ sacræ est familiaris, accipere, nec nova consectari oportet. Quomodo vero Paulus reliquias calamitatum Christi in corpore suo suppleret potuit? De hoc superest, ut mecum disquiras. Cave, ita hoc accipias, ac si Christus non omnia quæ perpeti debebat, perpessus sit; neque enim quidam ulta in re reliquum fecit; sed gratia ejus superabundavit. Quas igitur reliquias Paulus supplet? Eas scilicet, quas Salvator, siquidem adhuc inter homines fuisset; cum Paulus præconio Evangelii fungeretur, docens ipse, et præsens creaturæque suæ curam agens, perpessurus erat, has, inquam, perpessionum Christi reliquias Paulus ipse patiens, pro ipso supplebat. Hoc scillicet etiam ad verbi, quo utitur, efficaciam propius accedit. Neque enim simpliciter ait ἀναπληρῶ, sed ἀνταναπληρῶ, h. e. Pro Domino magistro servus ego et discipulus ministerium ejus suscipiens reliquias prope passionum ejus vicissim suppleo. Quæ enim ille perpessus est, cum nondum mihi hanc provinciam credidisset, eorum postquam illam suscepi reliquias in corpore meo supplere convenit. Quod vero discipuli successores Domini in ministerio suo constituti sint, etiam aliunde non difficulter intelligitur; hic vero Paulus ipse sibi suffecerit. « Omnia enim, inquit, ex Deo sunt, qui nos sibi reconciliavit per Jesum Christum, nobisque conciliationis ministerium tradidit [97]. » Item: « Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo obtestante per nos pro Christo: reconcilliemini Deo [98]. » Sicut igitur verbum reconcilliationis nacti sunt discipuli, atque adeo pro Christo legatione funguntur; ita etiam ea, quæ Christus adhuc perpessurus erat, si ministerio illo amplius esset perfunctus, ipsi quoque in corpore suo convenienter pro ipso sustinent et implent; inter eos vero vel maxime Paulus, qui factis suis confisus, dicit: « Nullo eorum, qui valde sunt apostoli, inferior

[95] II Cor. xi. 5. [96] ibid. 9. [97] II Cor. v, 18. [98] ibid. 20

NOTÆ

(64) Ita Colb. pro ἅπαντα πληρώσει.

(65) Sic scribo pro εἴτε τι, quod est in Coisl. Conjecturam firmat tum sensus, tum mox sequens ἔτι.

(66) In Coisl. est ἀνθρώπῳ. Legi etiam posset ἀνθρωπίνῳ.

(67) Coisl. male et nullo sensu, ἐχείρυσεν.

(68) ἔτι ex Colb. pro τε τά. Coisliniani

(69) Coisl. male: ὁ θαῤῥῶν τοῖς ἔργοις λέγειν.

sum [99]. » Vide vero præterea expositionem hanc ita comparatam esse, ut nihil affectati secum ferat. Vox enim ὑστέρημα nullam vim patitur, sed ex consueto Scripturæ usu explicatur. Paulus vero illa ὑστερήματα supplet, non quæ simpliciter reliqua facta sint, aut, quod Salvatori quidquam defuerit, quod absurdum dictu foret ; sed illa, quæ si ministerium hoc Paulo aliisque discipulis suis non commisisset, perpessus erat, et exantlaturus, quemadmodum antea præconio ipse fungens, et regnum cælorum annuntians, perpetiebatur. Sed hæc quidem studio tuo præclaro velificantem dixisse, suffecerit, Si quis posterorum rectiora perspexerit. nec illa mihi displicebunt.

A εἰς τὸ ἔθος ἀνῆκε φέρεσθαι τῆς Γραφῆς, καὶ τὰ ὑστερήματα ὁ Παῦλος ἀναπληροῖ, οὐχ ὅσα ἁπλῶς ὑστέρησεν, οὐδ' ὅτι ὑστέρησέν τι ὁ Σωτὴρ, ὅπερ ἦν φορτικόν· ἀλλ' ὅσα μὴ παραθέμενος τὴν διακονίαν Παύλῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς, ἔπαθεν ἂν καὶ ὑπέστη, καθ' ὃν τρόπον καὶ πρὶν κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὅσον ἀφοσιώσασθαί σου τὴν καλὴν φιλοπονίαν εἰρήσθω ταῦτα. Εἰ δέ τις καὶ ὀψιγόνων ἄμεινόν τι θεωροίη, ἐμοὶ δὲ ἄρα καὶ τοῦτο φίλον.

QUÆSTIO CXXII [*Coisl.* CXLIV, *Taur.* CXLIII].

« *Non est nobis lucta adversus carnem et sanguinem sed adversus principatus et potestates, adversus mundi hujus rectores, adversus spiritualia nequitiæ in cælestibus* [1]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΒ'.

« Οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς B ἐπουρανίοις.

Editarum a Wolfio septima (l. c., p. 726-732. Galland. p, 721-722, n. 23).

lolatriæ errore revocati, Deum verum colerent. Persis itaque præfectus angelus gaudebat, cum videret Deum in partibus suis loco idolorum coli. Videbat ille Nabuchodonosorem pro eo, quod olim diis sacra facere cogebat, et immorigeros extremis suppliciis subjiciebat, nunc tandem verum Deum maxime celebrare et dicere : « Sedrach, Misach, Abdenago, servi Dei excelsi [10] ; » et similia plura. Quoniam itaque divus Daniel Deum precabatur, ut hebdomadibus illis septuaginta, quæ captivitati statutæ erant, jam consummatis, Israelitas ex carcere educeret ; et Gabriel præterea ad afferendum illi nuntium, missus erat. Persico imperio præfectus Gabrieli restitit, contristatus ex eo, quod terra, cui præerat, in pristinam impietatem et errores veteres, reductis inde veri cultus doctoribus, ruitura videretur. Restitit vero, non pugnans, sed ita causæ justitiam edisserens : Cur reditus tanto studio urgetur ? Quoad populus Israeliticus terram patriam habitabat, et prospere agebat, sæpe in idololatriam divertit : jam vero peregrinam incolens, pure Deum colit, nec colit solum, sed et pro cultu hoc fortiter pugnat, multosque errantium ad verum Deum adducit. Quandoquidem ergo et illis, qui gratiam receperunt, nihil, quod animæ salutarius sit, evenit, et illos, qui per eos verum Deum colere inceperunt, impietas, extremum malorum omnium, sibi iterum obnoxios reddat ; nonne præstaret, si Israel nunc quidem ex captivitate non educeretur, illi vero, qui salutaris Dei cognitionis lucem jam spectant, in eadem pietate conservarentur ? Tu quidem missum te ais, ut populum patriæ suæ restituas. Quæ vero est illa patria ? Ea utique quam habitantes et dæmonibus sacra facientes, nidoribus et idolatria polluerunt. Nonne horum accusat eos Jeremias dicens : « Secundum numerum urbium tuarum erant tibi dii, o Juda, et secundum bivia Jerusalem sacrificabas Baali [11] ? » Tunc quidem a Deo innumeris beneficiis inundabantur, sed vel sic a malitia et impietate sua non desistebant. Jam vero innumera mala perpetiuntur, neque tamen a Deo recedunt. Quis igitur reditus fructus erit ? Itaque resistentia hic erat non mali adversus bonum. Non enim dicit, pugnabat, sed resistebat. Sæpe enim datur resistentia justi adversus bonum, sicut sæpe humanitas obstat legi, et lex humanitati. Lex enim delinquentem punit ; at clementia regis eumdem sæpe miseratur, et a pœna liberat. Pugna itaque hic est non inimici adversus inimicum, sed cognati adversus cognatum. Neque enim justitia sine bonitate, neque bonitas datur sine justitia.

A νης θεοσεβεῖν παρεσκεύασαν. Ὁ οὖν τῆς ἀρχῆς τῶν Περσῶν ἐφεστηκὼς ἄγγελος ἔχαιρεν, ὁρῶν ἐν τοῖς αὐτοῦ μέρεσι τὸν Θεὸν ἀντὶ τῶν εἰδώλων λατρευόμενον. Τὸν Ναβουχοδονόσορ ἑώρα ἀντὶ τοῦ καταναγκάζειν θύειν εἰδώλοις, καὶ ἐσχάταις τοὺς μὴ πειθομένους ὑποβάλλειν τιμωρίαις, λαμπρῶς θεολογοῦντα καὶ λέγοντα, « Σεδράχ, Μισάκ, Ἀβδεναγώ, οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου · » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ἐπεὶ οὖν ὁ μακάριος Δανιὴλ ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ, πληρωθέντων τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν, τῶν ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ διορισθέντων, ἀναγαγεῖν τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραὴλ ἀπεστάλη δὲ Γαβριὴλ μηνῦσαι αὐτῷ τὴν ἀνάῤῥησιν, ἀνθίσταται τῷ Γαβριὴλ ὁ τῆς Περσικῆς ἀρχῆς ἐπιστάτης λυπούμενος, ὅτι πάλιν ἡ γῆ (83), ἧς ἐπεστάτει, τῶν διδασκάλων τῆς εὐσεβείας ἐκεῖθεν B ἀνακομισθέντων, εἰς τὴν προτέραν ἀναστρέψει ἀσέβειαν καὶ πλάνην · ἀνθίστατο δὲ οὐ μαχόμενος, ἀλλὰ δικαιολογούμενος· Τίς ἡ σπουδή, λέγων, τῆς ἀνόδου ; τὴν οἰκείαν οἰκῶν πατρίδα ὁ Ἰσραὴλ καὶ εὐπαθῶν εἰς εἰδωλολατρίαν πολλάκις ἐξώλισθεν · νῦν δὲ οὐ καθαρῶς εὐσεβεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπεραθλεῖ τῆς εὐσεβείας, καὶ πολλῶν τῶν πεπλανημένων πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἐπιστρέψουσι τὸν Θεόν. Ὅτε οὖν καὶ τοῖς τὴν χάριν δεχομένοις οὐδὲν κατὰ ψυχὴν λυσιτελέστερον ἑπακολουθεῖ, καὶ τοὺς εὐσεβεῖν δι' αὐτοὺς ἀρξαμένους (84) τὸ ἔσχατον κακόν, ἡ δυσσέβεια, πάλιν ὑποχειρίους ποιεῖ, πόσον ἦν ἄμεινον καὶ τὸν Ἰσραὴλ τέως τῆς αἰχμαλωσίας μὴ ἀναγαγεῖν, καὶ τοὺς ἄρτι πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέψαντας τῆς θεογνωσίας ἐν τῇ αὐτῇ συντηρεῖν εὐσεβείᾳ | Ἀπεστάλην, φὴς, τὸν λαὸν C ἀποκαταστῆσαι τῇ πατρίδι. Ποίᾳ πατρίδι (85) ; Ἣν οἰκοῦντες ἐμίαναν κνίσαις, δαίμοσι θύοντες, καὶ εἰδωλομανίαις · οὐ ταῦτα κατηγορεῖ λέγων Ἱερεμίας · « Κατ' ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν οἱ θεοί σου, Ἰούδα · καὶ κατὰ τὰ ἀμφόδια Ἱερουσαλὴμ ἔθυες τῇ Βαάλ (86) · » μυρίοις τότε παρὰ Θεοῦ περιεκλύζοντο ἀγαθοῖς, καὶ τῆς κακίας καὶ ἀσεβείας οὐκ ἀνεχώρουν · μυρία νῦν ὑπομένουσι κακά, καὶ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀφίστανται. Τί ποτ' οὖν ἔσται τὸ τῆς ἐπανοδου κέρδος ; Ἦν τοίνυν ἡ ἀντίστασις οὐ κακοῦ πρὸς ἀγαθόν · οὐ γὰρ εἶπεν, ἐμάχετο, ἀλλ', ἀνθίστατο · καὶ γὰρ ἔστι πολλάκις ἀντίστασις δικαίου πρὸς ἀγαθόν, ὡς ἀνθίσταται πολλάκις νόμῳ φιλανθρωπία, καὶ φιλανθρωπίᾳ νόμος. Ὁ νόμος τὸν ἁμαρτήσαντα κολάζει. Φιλανθρωπία πολλάκις βασιλέως τὸν ἁμαρτήσαντα ἐλεεῖ, καὶ ἐξαρπάζει τῆς τιμωρίας. Ὥσθ' οὗν D ἡ μάχη οὐκ ἐναντίου πρὸς ἐναντίον, ἀλλὰ συγγενοῦς πρὸς συγγενές. Οὔτε γὰρ τὸ δίκαιον ἔξω ἀγαθότητος, οὔτε τὸ ἀγαθὸν ἔξω δικαιοσύνης εὑρίσκεται.

[10] Dan. III, 28. [11] Jerem. II, 28.

NOTÆ.

(83) Codex ἡγῇ, male et mox. ἐπέστατῃ.
(84) Colb. pro ἀρχομένους.
(85) Ποίᾳ πατρίδι, debeo Colbertino.
(86) Ubi tamen hodie legitur : καὶ μετ' ἀριθμὸν διόδων.

Ὅτι τῆς κτίσεως, φησὶν, ὡς προείρηται, διακει- A μένης καὶ ἀγαναχτούσης, ἐφ' ᾧ καὶ ἄκουσα τῷ παραβάτῃ παρεῖχε τὴν χρείαν, καὶ ἐξυπηρέτει, καὶ ἀγγέλων ἀχθομένων ἐπὶ τῇ τοῦ εὐεργετουμένου ἀγνωμοσύνῃ, καὶ ὅλου κακωθέντος τοῦ κόσμου διὰ τὰς παρανομίας. « Καὶ γὰρ εἶδεν, φησὶν, ὁ Θεὸς τὴν γῆν. καὶ ἦν κατεφθαρμένη, ὅτι κατέφθειρεν πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆς. » Οὐκ ἦν κτίσις, οἵαν ὑπέστησεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς· οὐκ ἦν τοῖς ἄστροις ὁ οὐρανὸς, ὡς τὸ πρὶν, ἄνευ τινὸς μιάσματος καταλαμπόμενος· οὐκ ἦν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς ἀμολύντους, ὡς τὸ πρὶν, ἀναδιδοῦσα· οὐ θάλασσα, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἐν τῇ κτίσει. Ὁ γὰρ παραβάτης εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ, κατεμίανεν, καὶ ἀνεβόλωσεν ἅπαντα ταῖς βλασφημίαις, ταῖς θεομάχοις καὶ αἰσχραῖς φωναῖς, ταῖς μιαιφονίαις τὴν γῆν (87) τοῖς πειραταῖς καὶ λῃσταῖς τὴν B θάλασσαν· τὰς πηγὰς καὶ ποταμοὺς ταῖς εἰδωλολατρίαις, νύμφαις, καὶ δαίμοσιν ἀνάπτοντες αὐτά· πᾶσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κτίσις εἰς θεοὺς ἀνεπλάττετο· οὐδὲν δὲ κτίσιν οὕτω μιαίνει καὶ κιβδηλεύει, ὡς τὸ θεοποιεῖσθαι αὐτήν. Εἰσῆλθεν ὁ Σωτὴρ τοῦ κυσμου διὰ σαρκὸς ἐν αὐτῇ, καὶ ταύτην τῶν μυρίων τούτων ἀπαλλάξας μιασμάτων ἀνεκαίνισεν, πολὺ χαλεπωτέρων ἢ σωματικῆς διαφθορᾶς ἐλευθερώσας αὐτὴν κακώσεων καὶ παθῶν, ἀνακαινίζει διὰ τῆς πρώτης παρουσίας τὴν κτίσιν· ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν δημιουργήσας· οὐ γὰρ ἄλλου μὲν κτίζειν, ἄλλου δὲ διαφθαρεῖσαν ἀνακαινίζειν· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἑκάτερον σοφίας καὶ τέχνης, ἀνακαινίζειν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν, ἵνα μηδεμία σοι χώρα καταλειφθῇ ἀπιστίας, ὡς κατὰ C τὴν δευτέραν παρούσιαν οὐ καινισθήσεται, καὶ σὺ πρὸ αὐτῆς εἰς ἀφθαρσίαν, εἰς ἀπάθειαν, εἰς ἄφατον καλλονήν. Εἰ γὰρ ὅτε ἦν ἐκὼν ἐν ἀσθενείᾳ σαρκὸς, ἐν ἰδρῶσιν, ἐν πάθεσιν (88) ὁ Χριστὸς, ὅ τε πλάνος καὶ Σαμαρείτης ἐσυκοφαντεῖτο, τὴν κτίσιν ἐκάθαρεν τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων καὶ πολυχρονιωτάτων παθῶν καὶ μιασμάτων· ὅτ' ἂν ὡς κριτὴς ζώντων παραγένηται καὶ νεκρῶν, ὅταν μυριάσιν ἀγγέλων δορυφορούμενος τάγμασιν, ὅταν πάντων δεσπόζων καὶ Κύριος, ὅταν πάντα φρίσσῃ καὶ τρέμῃ (89), πῶς ἡ ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβολὴ οὐ τὸ ῥᾷστον ἔχουσα καθοράται; Καὶ τὸ ἀκόλουθον, καὶ θεοπρεπές, ὅτι παραγίνεται ὁ Σωτὴρ, προκηρυττόντων τῶν προφητῶν, ἵνα μήτις νομίσῃ, ὅτι καθ' ὃν τρόπον ἄνθρωπος τῆς προτέρας διαμαρτὼν ἐπιβολῆς καὶ βοηθείας ἐπὶ δευτέραν ἔρχεται, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Ἵνα D οὖν μή τις ὑπονοήσῃ τοῦτο, ἄνωθεν προέλεγον οἱ προφῆται τὴν παρουσίαν αὐτοῦ· ἵνα δείξωσιν, ὅτι Θεὸς οὐ σκεπτόμενος εὑρίσκει τὸ συμφέρον, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς προῖδεν ἅπαντα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ ἄνθρωποι σκεπτόμεθα, καὶ, ἐὰν ἀποτύχωμεν τῆς πρώτης πείρας, ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνομεν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ

Creaturam ait, quod ante dictum est, male affectam et indignatam esse, ideoque etiam invitam delinquenti necessaria suppeditasse, et inserviisse, angelis quoque ingratum adversus beneficia animum moleste ferentibus, totoque mundo per flagitia corrupto. « Deus enim, inquit, vidit terram corruptam, quod caro omnis viam suam corruperat[12]. » Non erat creatura qualem illam ab initio condiderat Deus. Cœlum non, ut olim, sine labe aliqua astris micabat : terra non, ut olim, fructus intemeratos inferebat : non mare, non aliud quidquam quod inter creaturas numerabatur. Peccator enim ingressus eam polluebat, et omnia blasphemiis, turpibusque et Deo adversis vocibus, cædibus item terram, piratis et prædonibus mare, fontes et fluvios idololatriis, ad nymphas et dæmonas omnia referendo, turbabat. Tota creatura, ab hominibus in deastros convertebatur. Nihil vero est, quod creaturam adeo polluat et adulteret, quam si Dei loco habeatur. Servator orbis per carnem ingressus eam (creaturam) est, eamque, infinita labe sua, quæ omni corruptione corporea gravior est, liberatam renovavit, multisque calamitatibus et malis ereptam per primum suum adventum restituit ; ut inde intelligas, ipsum illum esse, qui eam ab initio condidit. Neque enim alterius est condere, alterius vero corruptam renovare : sed utrumque ejusdem est sapientiæ et artis, ut sic creatura per priorem adventum renovetur, nec ullus incredulitati locus relinquatur, quasi eadem in secundo adventu non sit renovanda, et tu ipse ante illam in incorruptibilitatem, indolentiam et pulchritudinem non transferri debeas. Quod si enim Christus, dum in carnis infirmitate, sudoribus, et varii generis malis sponte versabatur, dum seductor et Samarita per calumniam vocabatur, creaturam a tot tantisque tamque diuturnis malis et impuritatibus liberavit ; nonne, ubi idem ut judex vivorum et mortuorum, ubi innumeris angelorum ordinibus stipatus, ubi ut imperator et Dominus omnium advenerit, ubi omnia sibi timebunt et trement, translatio ex corruptione in incorruptibilitatem, ut res omnium facillima, apparebit ? Accedit, quod hinc consequitur, Deoque inprimis dignum est, quod prophetæ illum Servatoris adventum prænuntiarunt, ne quis scilicet existimet, quod, quemadmodum homines, alias, primis ausis et conatibus frustrati, alia via rem aggrediuntur ; ita quoque Deus egerit. Ne quis, inquam, ita suspicetur, prophetæ jam olim adventum ejus prænuntiarunt, ut sic ostenderent, Deum non per meditationem quamdam et circumspectionem id, quod prodesse possit, tandem detexisse, seb ab initio potius omnia perspexisse.

[12] Gen. VI, 12.

NOTÆ.

(87) τὴν γῆν addidi, sensu ita postulante.
(88) Sic Colb. pro ἐμπαθέσιν.
(89) καὶ τρέμῃ debeo Colbertino.

Deus autem non ita agit. Dedit ille prius legem, Nos enim homines circumspicimus omnia, et ubi primo exciderimus, novum facimus periculum : prophetas et postea Evangelium, non cum tempore meliora postliminio edoctus, sed ab initio intelligens, creaturam, et speciatim hominem, non alia ratione vel condi, vel duci, aut incorruptibilitatis donum recipere posse, nisi illa, quam ineffabilis ejus providentia et benevolentia disposuit. Aiunt quidem nonnulli : Si Deus Adamum peccaturum esse prævidit, quare eum condidit ? At multæ sunt et præclaræ viæ, quibus objectum hoc diluatur. Ita Joannes Chrysostomus, divinioris doctrinæ gnarissimus, ait : « Non hoc solum dico, quod præviderit (lapsum), sed quod etiam præviderit, se lapsum per œconomiam salutarem iterum excitaturum. » Itaque non prius vidit lapsum, quam de excitatione cogitavit. Noverat eum lapsurum, at excitationis remedium jam ante instruxerat : hominem experiundo discere mortem passus est, ut intelligeret, hinc, quid suo sibi jumento, hinc, quid per Conditoris gratiam sibi sit accersiturus. Noverat Adamum peccaturum, at prævidebat quoque, ex eodem prodituros esse Abelem, Enosum, Enochum, Noam, Eliam, prophetas, apostolos admirandos, nobile illud genus, nec minus martyrum nubes, a Deo excitatas, et pietatem stillantes. Hæc prævidebat Numen. Pulchrumne itaque, justumne, Deove dignum fuisset, ideo, quod unus homo peccaturus erat, eum ex nihilo non condere, et eadem opera tantorum virorum, quorum nec uno dignus est orbis, proventum prohibere, tam lætam pulchramque humani generis sementem radicitus evellere, illique excidium et iram immittere, idque eo tempore, quo homo, qui postea peccato indulgebat, nec peccaverat, neque de patrando peccato, cum nondum exsisteret, cogitaverat ? Si enim sapientum est, ab eo, qui peccare quidem conatus est, neque tamen vere peccavit, peccati pœnas non repetere ; quomodo Deum decuerit, eum, qui nec peccare tunc instituerat, peccantium pœnis subjicere ? Inprimis cum, quamvis peccatum adeo grave esset. (nonne enim grave erat præceptum Domini violare ?) idem tamen medicinam ex ineffabili Conditoris, hominem ad pristinam suam dignitatem reducturi, benevolentia admitteret. Quod si itaque conditus non-fuisset ideo, quod primus ille homo peccaturus erat, Deus utique talis visus esset, qui et hominem, peccati nondum reum, puniisset, et secutura revocatione ac salute privaret, creaturam denique tot et tam præclaris bonisque hominibus spoliasset.

A οὕτως· ἀλλ' ἔδωκε νόμον, προφήτας, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ Εὐαγγέλιον, οὐ χρόνῳ τὸ συμφέρον μεταμαθών, ἀπ' ἀρχῆς δὲ εἰδώς, ὡς οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἦν τὴν κτίσιν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἄνθρωπον οὔτε γενέσθαι, οὔτε παιδαγωγηθῆναι, οὔτε τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα ἀναλαβεῖν· εἰ μὴ καθ' ὃν τρόπον ἡ ἄφατος πρόνοια καὶ φιλανθρωπία ᾠκονόμησεν. Ὅτι, φασίν, εἰ προεῖδεν ἁμαρτήσειν τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, τί καὶ προήγαγεν αὐτόν ; Καὶ πολλαί μὲν εἰσι καὶ πάγκαλοι τοῦδε τοῦ ἀπορήματος ἐπιλύσεις. Λέγει δ' οὖν καὶ ὁ θεόσοφος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ὅτι « Οὐ τοῦτο μόνον φημὶ, ὅτι προῄδει, ἀλλ' ὅτι καὶ πεσόντα ἀναστήσει αὐτὸν διὰ τῆς οἰκονομίας· » καὶ οὐ πρῶτον εἶδεν τὴν πτῶσιν, εἰ μὴ προεπενόησεν τὴν ἀνάστασιν· ᾔδει, ὅτι πεσεῖται, ἀλλὰ προσκέθετο τῆς ἀνα- B στάσεως φάρμακον, καὶ συνεχώρησεν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν θανάτου τὸν ἄνθρωπον. Ἵνα μάθῃ, τίνος μὲν ἀπολαύσει δι' ἑαυτόν· τίνος δὲ τῇ τοῦ πλάσαντος χάριτι· ᾔδει πεσούμενον τὸν Ἀδὰμ, ἀλλ' ἔβλεπεν ἐξ αὐτοῦ προελευσόμενον τὸν Ἄβελ, τὸν Ἐνὼς, τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, τὸν Ἠλίαν, τοὺς προφήτας, τοὺς θαυμαστοὺς ἀποστόλους, τὴν εὐγένειαν τῆς φύσεως, τὰ θεοκίνητα τῶν μαρτύρων καὶ στάζοντα τὴν εὐσέβειαν νέφη· ἔβλεπε ταῦτα, καὶ ποῦ ἦν καλὸν, ποῦ δὲ δίκαιον, ποῦ δὲ θεοπρεπὲς, ἵνα, διότι ἔμελλεν εἷς ἄνθρωπος ἁμαρτάνειν, τοῦτον μὴ ἀναγαγεῖν ἐκ μὴ ὄντων, καὶ τοσούτων ἀνδρῶν, ὧν οὐδὲ καθ' ἕνα ἄξιος ὁ κόσμος, φορὰν ἀνακόψαι, καὶ θερίσαι πρόῤῥιζον τὴν τοσαύτην τοῦ γένους βλάστησιν καὶ C καλλονήν, καὶ κατ' αὐτῆς ἐπαφιέναι τὴν ἐκτομὴν καὶ ὀργὴν, καὶ τότε τοῦ τὴν ἁμαρτίαν ὕστερον ἑλομένου οὔτε ἁμαρτοντος. οὔτε ἁμαρτεῖν μεμελετηκότος, ἅτε μήπω μηδ' ὑφεστῶτος ; Εἰ γὰρ σωφρόνων ἐστὶν ἀνδρῶν, τὸ μελετήσαντα μὲν ἁμαρτῆσαι, μὴ ἁμαρτήσαντα δὲ, μὴ εἰσπράττειν εὐθύνας ἁμαρτημάτων· εἴ που γε ἂν εἴη Θεοῦ, τὸν, μηδὲ μελετήσαντα ἐξαμαρτῆσαι, τὰς τῶν ἡμαρτηκότων ἀπαιτεῖν δικας, καὶ τότε χαλεποῦ μὲν ὄντος τοῦ ἁμαρτήματος (πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀθέτησις Δεσποτικῆς ἐντολῆς ;), οὐκ ἀνιάτου δὲ ἐσομένου τῇ ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Πλάσαντος, καὶ τοῦ πρωτοπλάστου, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγεσθαι μέλλοντος εὐγένειαν· ὥστε εἰ μὴ προῆκτο, διότι ἔμελλεν ἁμαρτεῖν ὁ ἀρ- D χέγονος, ἐδείκνυτο ἂν τὸ Θεῖον, τὸν μὴ ἁμαρτάνοντα κολάζων, καὶ τῆς ὕστερον ἀνακλήσεως καὶ σωτηρίας ἀποστερῶν, καὶ τοσούτων ἀνδρῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἔρημον τὴν κτίσιν ἀποφαίνων.

QUÆSTIO CLXII [*Coisl.* CXCII, *Taur.* CLXXXII].

Quid significat, « Primogenitus omnis creaturæ[12] *? »*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΒ'.

Τί ἐστι· « Πρωτότοκος πάσης κτίσεως ; »

Editarum a Wolfio vigesima quinta (l. c., p. 800-802. Galland. p. 747, 948, n. 42). — in Coloss. 1, 15.

Quando Paulus « primogenitum omnis creaturæ » appellat (Dominum), hæretici non recogitantes de

Ὅτι τοῦ θείου Παύλου εἰπόντος, « Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, » οἱ αἱρετικοὶ, φησὶ, (90) μὴ νοήσαντες περὶ

[12] Coloss 1, 15.

NOTÆ.

(90) In ms. φασι, quod tamen ob sequens καταβιβάζουσι, locum habere non potest. Itaque scripsi φησί. Fortasse Chrysostomi hæc sunt.

ποίας κτίσεως λέγει, εἰς κτίσμα τὸν Υἱὸν οἱ ἀνόητοι καταβιβάζουσι· διττὴ δὲ ἡ κτίσις· ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἡ γεγενημένη, ἡ δὲ ἡ ἀνακαινιζομένη. Αὐτὸς γὰρ Παῦλος βοᾷ· « Εἴτις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· » ἵνα δὲ λαμπρῶς ὑποδείξῃ, ὅτι τῆς ἀνακαινισθείσης κτίσεως λέγει πρωτότοκον τὸν Χριστόν, ἐπάγει· « Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων· » πρωτεύων τῶν ἀνακαινιζομένων, τῶν εἰς ἀφθαρσίαν καλουμένων, τῶν ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένων· πρωτεύων, οὐ κατὰ τὴν θεότητα· ἄπαγε· ὕβρις γὰρ Θεῷ, τὸ καλεῖσθαι πρῶτον τῶν κτισμάτων, ὃς ἀρρήτῳ λόγῳ καὶ ἀνεπινοήτῳ ὑπεροχῇ πάσης ὑπερήρτηται καὶ (91) ὑπερίδρυται φύσεως· ἀλλὰ πρωτεύει κατά γε τὴν ἀνθρωποτητα, ἀρχηγὸς ἡμῶν γεγονὼς τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταστοιχειώσεως. Εἰ γὰρ ὁ (92) Ἠλίας τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἤγειρε, καὶ Ἐλισσαῖος τὸν τῆς Σωμανίτιδος, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τεταρταῖον τότα Λάζαρον συνεξανέστησεν, ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν (93) εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐξανέστη. Πάλιν γὰρ αὐτῶν (94) ὁ θάνατος ἐκυρίευσεν. Χριστὸς δὲ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνων, οὓς κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ἀναστήσει. Ὢ κακῆς καὶ ἄφρονος ἡμῶν γνώμης! ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ αὐτοῦ Πνεῦμα (95), καὶ ἀνέλαβεν τὸ ἡμέτερον σῶμα, καὶ τὸ συνάλλαγμα προῆλθεν· καὶ λαβὼν ἡμῶν τὸ φύραμα ἀνύψωσεν αὐτὸ, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρος· καὶ ἡ ἀγνωμοσύνη τὴν εὐεργεσίαν ὑβρίζει· ἐλάβομεν ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑβρίζομεν ἐν κτίσμασι καὶ δούλοις αὐτὸ καταλέγοντες.

A quali creatura loquatur, Filium insipientes in creaturarum numerum detrudunt. Jam vero duplex est creaturæ genus : alia est condita, alia renovata. Ipse enim Paulus clamat : « Si quis in Christo est, nova est creatura [13]. » Ut vero clare ostenderet se Christum primogenitum dicere, habito ad creaturam renovatam respectu, subjungit : « Primogenitus ex mortuis, ut primatum inter omnes obtineat [14] : » primatum scilicet inter eos, qui renovati sunt, qui ad incorruptibilitatem vocati, qui ex mortuis excitati ; primatum tenet, non secundum deitatem ; absit hoc ! injurium enim fuerit, Deum primum creaturam vocari qui ratione quadam ineffabili et prærogativa, intellectu non assequenda, supra omnem naturam positus et evectus est. Sed primatum tenet secundum humanitatem, dux nobis factus ad resurrectionem et ad incorruptibilitatem ex corruptione consequendam. Quamvis enim Elias viduæ filium excitavit, Elissæus vero illum Sunamitidis, Servator denique noster Lazarum, per quatriduum mortuum, in vitam revocavit ; nemo tamen eorum ad incorruptibilitatem et immortalitatem resurrexit. Mors enim in illos iterum dominata est. Christus vero, postquam ex mortuis resurrexit, non iterum moritur, mors in illum non amplius dominatur [15], sicut nec in eos, quos in secundo adventu suo excitabit. O sinistrum et insipiens nostrum judicium ! Christus venit ad nos : dedit nobis Spiritum suum : assumpsit vero corpus nostrum : facta est permutatio : massam enim nostram assumptam evexit, et ad dextram Patris collocavit. Jam vero ingratus animus in beneficentiam hanc injurius est. Naturam ex nobis assumpsit, et a dextris Patris collocavit : nos ab illo accepimus Spiritum ; et vel sic injuria afficimus inter creaturas et servos illum numerantes.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΓ'.

Τί ἐστι δέησις καὶ προσευχή ;

QUÆSTIO CLXIII [*Coisl.* CXCIII, *Taur.* CLXXXIII].

Quid est δέησις et προσευχή [16] ?

Editarum a Wolfio vigesima sexta (l. c., p. 802, 803. Galland p. 747, 748, n. 42).

Ὅτι, φησὶ, (96) δέησις μὲν λέγεται, ὅταν τις τὸν Θεὸν ἀξιοῖ εἰς πρᾶγμα· προσευχὴ δὲ, ὅταν ὑμνῇ τὸν Θεόν· εὐχαριστια δὲ, ὅταν τις ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, χάριν ἀνθομολογῇ τῷ Θεῷ· ἐντυχία δὲ, ὅταν τις κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐντυγχάνῃ τῷ Θεῷ προσκαλούμενος (97) αὐτὸν εἰς ἐκδίκησιν. Ὅτι δὲ τὸ ἐντυγχάνειν οὐκ ἔστι, φησὶν, ἱκετεύειν, ἀλλ' ἐρωτᾷν, καὶ ἀπόκρισιν δέχεσθαι, λέγει ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἠλίαν· « Τί σὺ ἐνταῦ-

Δέησις, inquit, dicitur, quando quis Deum ad res suas perficiendas advocat : προσευχή, quando Deum laudat : εὐχαριστία, quando pro acceptis beneficiis gratias Deo agit : ἐντυχία vero, quando quis adversus injurios Deum interpellat, eumque ad ultionem sumendam excitat. Quod vero, inquit, ἐντυγχάνειν non idem sit quod ἱκετεύειν, sed idem potius quod *interrogare*, et *responsum accipere*, ap-

[13] II Cor. v, 17 [14] Coloss. i, 18. [15] Rom. vi, 9. [16] I Tim, ii, 1.

NOTÆ.

(91) ὑπερήρτηται καί. ex Colbert.
(92) καὶ Ἠλίας, Colb.
(93) Colb. pro αὐτόν.
(94) Ita scribo pro αὐτόν.
(95) Fortasse legendum est αὐτόν, ut ad Christum referatur, quando nunc ad Πνεῦμα, proxime antecedens, spectat.
(96) Chrysostomi hæc sunt, quem Noster mox appellat. Apud eum tamen illa ad h. l. non invenio.
(97) Colb. pro προκαλούμενος. Idem mox ἔτι pro ἐστί, male.

paret ex eo, quod Deus ad Eliam ait : « Quid tu hic agis, Elia ? » Hic interrogatus propheta respondet : « Zelo zelatus sum propter Dominum omnipotentem, quia te deseruerunt filii Israel [17], » etc. Hoc loco non est δέησις (precatio), sed interrogatio et responsio. Ex utroque autem nascitur ἔντευξις. Unde vero hoc manifestum est ? Audi Paulum ita loquentem : « Nonne legistis apud Eliam prophetam, quod dicit Scriptura, quod interpellarit Deum contra Israelem [18] ? » Itaque ἐντυχία non idem est quod δέησις. Atque hæc quidem habet Chrysostomus. Juvat vero accuratius in harum vocum differentiam inquirere, ac simul ostendere, quod non solum copia sua dicendæ sint sufficere, sed etiam illis, qui eas solertius excutere voluerint, intemeratæ et salvæ appareant.

A θα, Ἠλία ; » ἀποκρίνεται ἐρωτηθεὶς ὁ προφήτης · « Ζηλῶν ἐζήλωκα Κυρίῳ παντοκράτορι, ὅτι ἐγκατέλιπόν σε υἱοὶ Ἰσραήλ, » καὶ ἑξῆς. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δέησις, ἀλλ' ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις. Καὶ γέγονεν τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔντευξις. Καὶ πόθεν δῆλον ; Παύλου λέγοντος ἄκουσον · « Οὐκ ἀνέγνωτε ἐν Ἠλίᾳ τῷ προφήτῃ, τί λέγει ἡ Γραφή, ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ, κατὰ τοῦ Ἰσραήλ ; » Οὐκοῦν ἐντυχία οὐκ ἔστι δέησις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ Χρυσόστομος. Δεῖ δ' οὖν ἔτι λεπτομερέστερον τὰς διαφορὰς τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἐπισκέψασθαι, καὶ ἐπιθεωρῆσαι, ὅτι μὴ τῷ πλήθει μόνον ἱκανά εἶναι λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεινότερον διακωδωνίζειν ταῦτα βουλομένοις ἀνάλωτα καὶ ἀνεπηρέαστα διαμένειν.

B

QUÆSTIO CLXIV [*Coisl.* CXCIV, *Taur.* CLXXXIV].

« *Neque enim pudet me Evangelii : justitia enim Dei* [18a], » etc.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΔ'.

« Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον · δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ, » καὶ ἑξῆς.

Editarum a Wolfio vigesima septima (l. c., p. 803-809. Galland p. 748-750, n. 43). — In Rom. I, 16, 17.

Paulus ait « Non pudet me Evangelii : justitia enim Dei in illo revelatur. » Quomodo vero justitia Dei in illo revelatur ? quomodo ? inquam. In eo quod lex prima Judæis solis data est, non autem cæteris hominibus, eumdem alioquin Conditorem eamdemque naturam habentibus : contra Evangelium omnibus eodem genere ortis æqualiter competit. In illo vero justitia Dei revelatur, idemque justitiæ Evangelium vocatur. In Veteri itaque Testamento vocatio non erat justa ; neque enim omnes pariter vocabat aut illuminabat ; sed Judæos solos. Itaque non erat justa, sed œconomica, quæque viam justitiæ muniret. Absit, ut hanc justam, illam vero injustam, appellem ! Imo vero hanc viam et præparationem ad istam esse suspicantes Judæi, putabant, et Evangelium sibi etiam solis, sicut olim legem, datum iri. Præter spem vero exspectatio hæc aliter cecidit. Propterea et David ait : « Exspectavimus, o Deus, misericordiam tuam in medio populi tui [19]. » Et mox : « Prout nomen tuum est, Deus, ita etiam gloria tua [20] : » non solum in medio populi tui, sed et super omnes fines terræ. Ostensurus autem justitiæ esse omnium terræ finium misereri, addit : « Dextra tua plena est justitiæ ; Dominus regnavit [21]. » Quomodo vero dicitur : « regnavit Deus ? » Nonne ideo, quod regiam illam dignitatem recens accepit ? Si enim dixisset : Dominus regnat, æternum ejus

Ὅτι φησὶν ὁ Παῦλος, « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον · δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. » Πῶς οὖν δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ; Πῶς (98) ; Ἐπειδὴ ὁ πρῶτος νόμος Ἰουδαίοις μόνοις ἐδέδοτο καὶ (99) οὐ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τῆς αὐτῆς ὑπαρχόντων δημιουργίας καὶ φύσεως, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον πᾶσιν ὁμοτίμως τοῖς ὁμοφυέσιν εἰκότως · ἐν αὐτῷ δικαιοσύνη Θεοῦ ἀποκαλύπτεται (1), καὶ καλεῖται δικαιοσύνης Εὐαγγέλιον. Ἐν τοίνυν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ οὐκ ἦν ἡ κλῆσις δικαία · οὐ γὰρ ὁμοίως πάντας ἐκάλει καὶ ἐφώτιζεν · τοῖς Ἰουδαίοις δὲ μόνοις (2). Οὐκ ἦν οὖν δικαία, ἀλλ' οἰκονομική, προπαρασκευάζουσα ὁδὸν τῇ δικαιοσύνῃ · οὐ λέγω ταύτην δικαίαν, κἀκείνην ἀδικον. Ἀλλ' ἐκείνην ὁδὸν ταύτης καὶ προκατασκευὴν ταύτης ὑπελάμβανον οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῖς δοθήσεται καὶ μόνοις, ὥσπερ καὶ ὁ νόμος · ἐξέβη δὲ παρ' ἐλπίδας ἡ προσδοκία · διὸ καὶ Δαβὶδ λέγει · « Ὑπελάβομεν, ὁ Θεός, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου. » εἶτα, « Κατὰ τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεός, οὕτω καὶ ἡ αἴνεσίς σου · οὐχὶ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου μόνου, ἀλλὰ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς · καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι τὸ ἐλεῆσαι τὰ πέρατα τῆς γῆς δικαιοσύνης ἐστίν, ἐπάγει · « Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν · » πῶς, « ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν ; » ἆρ' ὡς πρόσφατον λαβὼν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα ; εἰ μὲν γὰρ εἶπεν · Ὁ Κύριος βασιλεύει, τὴν ἀΐδιον

C

D

[17] I Reg. XIX, 9 seqq. [18] Rom. II, 2. [18a] Rom I, 16. [19] Psal. XLVII, 9. [20] Psal. XCII, 1. [21] Psal. XCV, 9 ; XCVI, 1 ; XCVII, 1.

NOTÆ.

(98) πῶς οὖν — πῶς ; sunt ex Colbert.

(99) οὐ Colb. male omittit. Memineris quoque hic subintelligendum esse τοῖς, hoc sensu καὶ οὐ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.

(1) ἀποκαλύπτεται debeo Colbertino.

(2) Legendum fuerit, τοὺς Ἰουδαίους δὲ μόνους, sc. ἐκάλει, nisi ex superioribus repetere velis ἐδέδοτο.

αὐτοῦ ἑρμήνευεν ἐξουσιαν. Εἰπὼν δὲ, ἐβασίλευσεν, τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ οἰκονομίαν λέγει, δι' ἧς ἡ φύσις ἡμῶν τὴν ἐπικράτειαν τοῦ διαβόλου τῆς ἁμαρτίας τοῦ θανάτου ἀποσεισαμένη ἐπέγνω Πλάστην τον ὡς ἀληθῶς βασιλέα, τὸν χορηγὸν τῆς ἀφθαρσίας (3) τῆς ἀναστάσεως. Εὐαγγελίζεται τοίνυν ὁ Δαβὶδ τοῖς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ὑπὸ (4) τοῦ θανάτου, ὑπὸ τοῦ διαβόλου πάλαι βασιλευομένοις, ὅτι ὁ ζυγὸς ἐκεῖνος συντέτριπται, τὸ κράτος λέλυται, καὶ βασιλεύει πάντων ὁ Κύριος, ὡς καὶ αὐτὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφη· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. » Πρὶν δὲ ἐβασίλευσεν ἡμῶν ὁ θάνατος καὶ ἡ ἁμαρτία· « Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, » καὶ ἐξῆς· καὶ ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ διαβόλου· καὶ, « Εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐμερίσθη ἡ βασιλεία αὐτοῦ· » ὥστε ἐβασίλευσεν πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Σατανᾶς, ἀλλὰ καὶ ἡ ἁμαρτία. Λέγει γὰρ πάλιν ὁ Παῦλος· « Ὥσπερ γὰρ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύει διὰ Χριστοῦ. » — Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· » πέπαυται τῆς ἁμαρτίας τὸ κράτος, τοῦ θανάτου, τοῦ διαβόλου· οὐκοῦν ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἡ φύσις γηγενής, ἡ ποτὲ πλανωμένη, νῦν δὲ δοξαζομένη, ἡ ποτὲ ἐν τάφοις, νῦν ἐν θρόνοις. Ὅτι, φησὶν, οἰκονομίας ἦν τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἀλλ' οὐκ ἀρεσκειας Θεοῦ καὶ προηγουμένης εὐδοκίας· καὶ τύποι τῶν μελλόντων καὶ σκιαί· ἀλλ' οὐκ αὐτὰ (5) τὰ πράγματα. Καί ἔστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῶν ἄλλα μὲν τὰ σχήματα, ἄλλα δὲ τὰ νοήματα· οἷον πάντως Θεὸς οὐκ (6) ἀναπαύεται ὑακίνθῳ καὶ πορφύρᾳ, καὶ κόκκῳ, καὶ βύσσῳ. Θεὸς γὰρ ψυχῶν ἀπαιτεῖ καθαρότητα, οὐ σωμάτων ἄνθη, καὶ λαμπρότητα, ἀλλ' ἐν ταῖς σωματικαῖς φαιδρότησι τὴν εἰκόνα τῶν ἀρετῶν διαγράφει. Εἰ γὰρ ταῖς στολαῖς ἐκείναις ὡς ἀληθῶς ἀνεπαύετο, πῶς τὸν Μωϋσῆν πρὸ τοῦ Ἀαρὼν οὐκ ἐνέδυσεν· ἀλλ' ἣν ἐκεῖνος οὐκ ἐνεδύσατο, ταύτην τοὺς ἱερέας ἠμφίασεν; καὶ Μωσῆς μὲν οὐκ ἐλούσθη ὕδατι καὶ ἔλουεν· διὰ τί; ἵνα μάθῃς (7), ὅτι οὐκ ἦν ταῦτα προηγούμενα τῷ Θεῷ, ὅτι τῷ τελείῳ πρὸς κόσμον ἀρκεῖ ἡ ἀρετὴ (8), καὶ ὅτι ταῦτα τύπος ἦν ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἀρετή.

A dominium indicasset. Quando vero ait, regnavit, illa, quæ ab eo in carne gesta sunt, indicat, quibus factum est, ut natura nostra, diaboli, peccati mortisque imperium amolita, Conditorem suum, verum illum regem, ut ducem resurrectionis et incorruptibilitatis agnosceret. David igitur illis, in quos mors et diabolus olim dominatus erat, lætum hunc nuntium affert, quod jugum illud fractum sit, potestas abolita, et Dominus omnibus imperet, quemadmodum et ipse post resurrectionem dicit : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [22]. » Antea vero mors et peccatum nobis dominabatur. « Mors enim dominata est ab Adamo ad Mosen [23], » etc. Servator vero de diabolo ait : « Et si Satanas Satanam expellit, regnum ejus divisum B est [24]. » Itaque ante adventum Christi genti nostræ dominatus est Satanas, imo et peccatum. Paulus enim iterum ait : « Sicut enim peccatum regnavit in mortali nostro corpore, ita etiam gratia regnat per Christum [25]. » — « Dominus regnavit ; » desiit peccati, mortis, diaboli robur. Itaque exsultet terra, natura terrena, olim erroribus jactata, jam vero glorificata, olim sepulta, nunc in throno collocata. Pleraque, ait, Veteris Testamenti per œconomiam quamdam agebantur, Deo vero non per se placebant, aut voluntati ejus præcipuæ satisfaciebant. Typi et umbræ erant futurorum, non res ipsæ. Itaque in illis alias figuras, alia vero sensa conspicere licet. Ita Deus non penitus acquiescit in hyacintho aut purpura, aut cocco, aut bysso. Deus enim animarum puritatem requirit, non corporum florem aut C splendorem ; illis vero, quæ in corpore splendent, virtutum imaginem exprimit. Quod si enim stolis illis vere delectaretur, quare Mosen non præ Aarone induit, sed, quam ille vestem non adhibuit, ea sacerdotes ornavit ? Et Moses quidem nec lotus aqua est nec lavitalios. Cur ita ? Ut exinde disceres, talia non esse apud Deum præcipua, perfectoque homini ad ornatum sufficere virtutem, ista denique omnia virtutes adumbrasse quidem, sed non ipsam fuisse virtutem.

QUÆSTIO CLXV.

Ὅτι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔφορε, φησὶν, ὁ ἀρχιερεὺς τιάραν (9);

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΕ'.

Quare summum pontificem in capite tiaram habuisse dicatur ?

Editarum a Wolfio vigesimæ septimæ pars posterior (l. c. p. 807).

Διότι τὸν προχειριζόμενον ἁπάντων κεφαλὴν κατὰ D Quia qui omnibus instar capitis esset præ-

[22] Matt. XXVIII, 18. [23] Rom. V, 14. [24] Matth. XII, 26. [25] Rom. V, 21.

NOTÆ.

(3) Suspicor excidisse καί.
(4) ὑπό addidi ex Colbert.
(5) Sic Colb. pro οὐ — κατά.
(6) οὐκ addidi, quod sensus postulat.
(7) Idem pro μὴ θείς.
(8) Ita scribo pro, ἡ ἀρετή.
(9) Non est hæc quæstio in cod. Coislin. et Taurin. Ex hac quæstione in nonnullis codicibus, v. gr., Vaticano 430, f. 155 *a*, pars quædam seorsim descripta est sub titulo : Τίνος χάριν τίθεται τὸ Εὐαγγέλιον τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου ; *Cur Evangelium in capite ordinandi imponatur*? Falluntur historiæ litterariæ scriptores, dum peculiarem Photii librum, ab Amphilochianis quæstionibus diversum, hac de re commemorant. Ang. Mai. — Hæc questio quam ut ineditam edidit Ang. Mai (*Vet. Script. nov. coll.*, t. IX, 102, 103), pars est posterior vigesimæ septimæ a Wolfio editarum. Edit.

fectus, super capite potestatem habere oportebat, atque inde colligere, quod, quamvis capite cæteris emineat, ipse tamen sub capite, communi scilicet omnium Domino et imperatore, sit constitutus. Imperium enim penitus liberum et legibus solutum grave est, et ferri vix potest. Propterea et in Novo Testamento illi, qui sacerdotio summo inaugurantur, Evangelii librum capiti impositum habent, ut officio huic initiatus intelligat, se veram Evangelii tiaram accepisse, seque, etiamsi aliorum caput sacro ritu sit constitutus vel sic tamen legibus iisdem subjectum esse, aliisque imperantem legis imperio teneri. Itaque tiara illa potestatem significabat, tum, quam in populum habebat, tum, cui ipse adversus Deum erat subjectus. Porro bractea aurea, cui Dei nomen erat insculptum, pectori incumbebat, eademque opera significabat, cordis affectus probe observandos, eosdemque ad summi Numinis nutum esse accommodandos. In humeris præterea smaragdi duo, sex tribuum nomina hinc, illinc vero totidem expressa habentes. Illi vero symbolum erant pulchritudinis seu formæ sacerdotem decentis. Smaragdus enim, lapis viriditate decora et pellucida puritate instructus, speculi facultatem subindicat. Sacerdotem enim virtutum exercitio vigilare, vitamque suam illis, qui sibi sunt subjecti, instar speculi repræsentare oportet. In humerovero hærebat smaragdus, quoniam actionis erat indicium. Agendi enim potentia ab humeris pendet. Propterea etiam Deus ad Jerusalem inquit: « Cor tuum humeris tuis impone, honoratissima filia, quia Dominus te in salutem creavit [26]. » Nam et manus et humeros de actionibus accipit Scriptura, quando, v. g., de Davide ait: « Et in prudentia manuum suarum duxit eos [27]. » Oraculo porro illi, quod pectori erat aptatum, duodecim lapides infixi erant, qui duodecim tribus significabant. Hic velim observes, supra quidem et in humeris unum omnino lapidem, smaragdum scilicet, infra autem et in pectore duodecim fuisse. Hoc vero subinnuit, nos omnes olim quidem eodem genere ortos esse, procedente vero tempore in diversa studia scissos. Itaque aliud studio nostro, aliud naturæ fertur acceptum. Sub fimbria sacerdotis conspiciebatur margo, λῶμα dictus, ex quo flores mali punici, mala punica aurea et tintinnabula pendebant. Quomodo vero hæc Deo per se et ratione præcipui consilii sui placere poterant? Imo vero ipso hoc sacerdotis habitu virtutes depingi faciebat. Qui infra erant flores et fructus, præclaras quasque virtutes, quales sunt eleemosyna, justitia, humanitas, et reliquarum illis similium coronam repræsentabant.

A κεφαλῆς ἔχειν τὴν ἐξουσίαν (10) ἔδει, καὶ εἰδέναι, ὅτι κεφαλῇ τῶν ἄλλων προβαλλόμενος καὶ αὐτὸς ὑπὸ κεφαλὴν ἐστι τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην καὶ ἐξουσιαστήν. Ἀπολελυμένη γὰρ αὐθεντεία καὶ αὐτόνομος ἀφόρητός (11) ἐστιν καὶ χαλεπή. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ χάριτι οἱ ἀρχιερατεύειν τελούμενοι, τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ κεφαλῆς δέχονται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ Εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει καὶ ὅτι, εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἱερουργεῖται κεφαλῇ (12), ἀλλ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τούτους (13) τελεῖται τοὺς νόμους, καὶ τῶν ἄλλων κρατῶν κρατεῖται τῷ νόμῳ. Ἀλλ' ἡ μὲν τιάρα τὴν ἐξουσίαν ἐτύπου, ἣν τε αὐτὸς εἶχεν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑφ' ἣν αὐτὸς ἀνεφέρετο τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ πέταλον τὸ χρυσοῦν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐκεκόλαπτο τοῦ Θεοῦ, ἐπέκειτο μὲν τῷ στήθει, φυ-

B λακῆς δ' ἐπεῖχε τύπον τῶν ἐν καρδίᾳ κινημάτων· καὶ ὡς δεῖ ταῦτα καταῤῥυθμίζειν (14) τῇ πρὸς τὸ Θεῖον νεύσει καὶ ἀναφορᾷ· ἐπὶ δὲ τῶν ὤμων σμαράγδου λίθοι δύο, ἔχοντες τὰς ἓξ φυλὰς ἐντεῦθεν, καὶ τὰς ἓξ ἐντεῦθεν. Οὗτοι δὲ σύμβολον ἦσαν τῆς ὄψεως τῆς ἀρχιερατικῆς· ἔχει γὰρ ἡ τοῦ σμαράγδου ψῆφος καὶ χλωρότητα εὐπρεπῆ, καὶ καθαρότητα διαυγῆ, κατόπτρου δύναμιν ὑποφαίνουσα. Καὶ γὰρ δεῖ τὸν ἱερέα καὶ ἀσκήσει νήφειν, καὶ τὸν βίον τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ κάτοπτρον παρέχειν· ἐπὶ τὸν ὦμον δὲ ἡ σμάραγδος, ἐπειδὴ πράξεώς ἐστιν σημεῖον· ἡ γὰρ πρακτικὴ δύναμις τῶν ὤμων ἤρτηται· διὸ καὶ ὁ Θεὸς πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει (15). « Θὲς τὴν καρδίαν σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου, θύγατερ ἡ τιμωμένη, ὅτι Κύριος κτίζει σε εἰς σωτηρίαν· » καὶ

C γὰρ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὤμους εἰς πράξεις ἡ Γραφὴ λαμβάνει, ὡς ὅταν λέγει περὶ τοῦ Δαβίδ· « Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτῶν ὡδήγησεν αὐτούς. » Ἐνῆσαν δὲ τῷ λογίῳ, τῷ ἐπὶ τοῦ στήθους καὶ οἱ δώδεκα λίθοι ἐνηρμοσμένοι, τὰς δώδεκα φυλὰς ὑποδηλοῦντες. Καὶ ὅρα· ἄνω μὲν, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων μία ἦν φύσις τῶν λίθων ὁ σμάραγδος, κάτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους οἱ δώδεκα· αἰνιττομένου τοῦ λόγου, ὅτι ἄνωθεν μὲν ἅπαντες ἐκ μιᾶς προήλθομεν φύσεως· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διαφόροις γνώμαις ἐμερίσθημεν (16)· καὶ τὸ μὲν δίδωσι τῇ γνώμῃ, τὸ δὲ ᾗ φύσει· ὑπὸ δὲ κράσπεδον τοῦ ἱερέως, τὸ λεγόμενον λῶμα, ἄνθη ῥόας, καὶ ῥοΐσκοι χρυσοῖ, καὶ κώδωνες ἀπηώρηντο· καὶ πῶς ἂν εἴη Θεῷ ταῦτα κατὰ πρῶτον λόγον ἀρέσκοντα; ἀλλ' ἐν τῷ σχήματι τοῦ ἱερέως ἐφῆκεν

D ἐξεικονίζεσθαι τὰς ἀρετάς· κάτω ἄνθη καὶ καρποὶ τὰ τῶν ἀρετῶν κατορθώματα, ἅτινά ἐστιν ἐλεημοσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ φιλανθρωπία, καὶ τῶν ἄλλων ὁ σύστοιχος χορός.

[26] Jerem. XXXI, 22. [27] Psal. LXXVII, 78.

NOTÆ.

(10) Phrasi utitur Paulina I Cor. XI, 10.
(11) Sic scribo pro ἀφόριστος.
(12) Malim κεφαλή.
(13) Colb. pro ὑπὸ αὐτούς.
(14) Sic scribo pro καθαριθμήζειν, nisi scribi malis καταῤῥυθμῆσαι.
(15) Ubi tamen hodie apud τοὺς LXX legitur δὸς pro θές.
(16) Ita scripsi pro ἐμερίσθησάν, pendet enim ab antecedente προήλθομεν.

Ὅτι (17), φησὶν, μὴ μεταβαλλε ῥήματα Θεοῦ ζῶν- A τος· εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθης, τί ἀναιρεῖς (18) τὰ ὀνόματα τὰ ζῶντα καὶ εἰσάγεις ὀνόματα λογισμῶν, γέννημα λέγων, καὶ ἀγέννητον, καὶ γεννητὸν, ὃν ἀεὶ, καὶ μὴ ὃν ἀεί, Τούτων ἀνέχεται Θεὸς τῶν ματαίων ῥημάτων ; ἓν ῥῆμα ἵνα μεταβάλῃ, προφήτας ποτὲ ἐκινδύνευσεν ἀπολέσαι. Καὶ βλέπε ῥήματος μικροῦ ἀκριβολογίαν· Τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν τινες ἐκάλουν ὑπὸ ἀπειρίας (19) λῆμμα Κυρίου· λέγει ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου (20)· « Ἐὰν ἐρωτήσῃ σε ὁ λαὸς, ἢ ὁ ἱερεὺς, ἢ ὁ προφήτης, καὶ εἴποι σοι, Τί τὸ λῆμμα ; εἰπὲ αὐτοῖς, ὅτι Τὸ λῆμμα Κυρίου ὑμεῖς ἐστε. Λήψομαι γὰρ ὑμᾶς λῆμμα, καὶ ῥάξω ὑμᾶς, ἵνα μὴ λέγητε λῆμμα. » Ἓν ῥῆμα ἵνα μὴ μεταποιηθῇ, ἀπειλεῖ ὁ Θεός· καὶ σὺ ὁλόκληρον δογμάτων ἀκρίβειαν ; διαστρέφων νομίζεις διαφυγεῖν τὰς τοῦ B Θεοῦ χεῖρας ;

Ne immutes, inquit, verba Dei viventis. In Patrem, Filium, et Spiritum sanctum baptizatus es. Quare nomina viva tollis, et nomina cogitationum tuarum invehis, progeniem, et ingenitum et genitum, semper exsistens, et non semper exsistens appellando ? Num vana ejusmodi verba tolerabit Deus ? Periculum olim erat, ne unum verbum ad pervertendos prophetas periret. Vide vero, quantopere voculæ parvæ ratio habeatur. Prophetarum verba nonnulli ex imprudentia λῆμμα Domini vocabant : « Si te interrogaverit populus, aut sacerdos, aut propheta, et dixerit, Quid sibi vult λῆμμα ? dic illis, Vos estis λῆμμα Domini ; vos enim instar λήμματος arripiam, et confringam vos, ne dicatis amplius λῆμμα [28]. » Ibi Deus minas fecit, ne una vox mutetur : tu vero, qui universam reclamque doctrinarum seriem pervertis, manus Dei effugere te posse opinaris ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞϚ'.

Πῶς πρεσβευτὴς ἦλθεν ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ Πατρός ;

QUÆSTIO CLXVI [*Coisl.* CXCV, *Taur.* CLXXXV].

Quomodo Christus legatus a Patre venerit ?

Edita a Maio (l. c. p. 104.) — De Christo tanquam Patris legato.

Ὅτι ἦλθε, φησὶ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους πρεσβευτὴς, ἐσφάγη ὁ πρεσβευτὴς, καὶ τότε γέγονεν ἡ εἰρήνη. Ἀλλ' οἱ πρέσβεις ἐρχόμενοι C καὶ δῶρα φέρουσι καὶ δῶρα λαμβάνουσι. Ποῖον οὖν ἦκε φέρων δῶρον, καὶ ποῖον ἀντέλαβε ; Παράδοξον τὸ δῶρον, ὡς καὶ ὁ πρεσβευτὴς παράδοξος τὸ αἷμα αὐτοῦ φέρων ἦλθε δῶρον· τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθε φέρων δῶρον· καὶ τί παρ' ἐμοῦ ἔλαβε δῶρον ; Πίστιν· καὶ τί ἀντὶ αὐτῆς μοι παρέσχε ; Χάριν. Ἐπίστευσα ἐγὼ· ἐχαρίσατο ἐκεῖνος· ἐλύθη ἡ ἔχθρα· ὁ πρεσβευτὴς ὅταν ἔλθῃ πρὸς ἔθνος, οὐκ ἀξιοῖ τινι τῶν ἀγοραίων ἢ πενήτων διαλεχθῆναι, ἀλλ' εὐθὺς τῷ βασιλεῖ πρόσειτιν. Οὗτος δὲ ὁ πρεσβευτὴς ἦλθε, καὶ εὐθὺς πόρνῃ, καὶ λῃστῇ, καὶ τελώνῃ, καὶ μάγοις διηλέχθη. Εἶδες πρεσβευτοῦ φιλανθρωπίαν ; οὐ γὰρ πρὸς ἕνα καὶ δεύτερον ἦλθεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν. Καὶ ἦλθε τὸ ἐμὸν, περιβεβλημένος ἱμάτιον, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι παραγενόμενος φοβήσῃ τὴν θήραν.

Quod venerit Christus a Patre legatus ad homines, ostendit hoc : interfectus est legatus, et tunc facta est pax. Sed legati venientes dona ferunt et simul dona accipiunt. Quale ergo donum ferens venit, et quale recepit ? Mirificum donum, siquidem mirabilis iste nuntius suum sanguinem in donum ferens venit. Corpus suum ferens donum venit. Quodnam autem a nobis donum accepit ? Fidem ; et quid pro illa mihi donavit ? Gratiam. Ego credidi, ille gratificabat, soluta est inimicitia. Legatus cum venit ad gentem, non dignatur cum aliquo plebeio vel paupere conversari, sed cito regi sese offert. Legatus autem ille veniens statim cum meretrice et latrone et usurario et magis conversatur. Videsne legati philanthropiam ? Non enim ad unum vel alterum venit, sed ad omnes homines, et veniens nostro induitur vestitu, ne, si venisset, divi- D nitate non velata, illius occursum timeamus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΖ'.

Εἰς τὸ ῥητὸν (21)· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. »

QUÆSTIO CLXVII [*Coisl.* CXCVI, *Taur.* CLXXXVI].

In oraculum illud : « Si quis est in Christo, nova est creatura ; vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia [29]. »

Editarum a Wolfio vigesima octava (l. c., p. 810-812. Galland. XIII, 750, 751, n. 44.)

Ὅτι φασὶν οἱ Ἑλληνισταὶ, καὶ τὸ Ἰουδαΐζον· κομπάζει Παῦλος λέγων· » Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ

Gentiles et Judaizantes dicunt : Quid gloriatur Paulus dicens : « Vetera transierunt : ecce omnia

[28] Jerem. xxiii, 33. [29] II Cor. v, 17.

NOTÆ.

(17) Quæ sequuntur, ea quomodo huc quadrent, non admodum video.
(18) Colb. pro ἄν ἐρεῖς.
(19) Sic scribo pro ἀπηρίας. Nisi malis ἐπηρείας.
(20) In Codice, male : Ἡσαΐου.
(21) εἰς τὸ ῥητόν, accepi ex Colb.

facta sunt nova: si quis in Christo est, nova est creatura. » Ego enim, inquit, nihil novi video. Nonne vero habes oculos, ut ea perspicere possis ? Adesdum, et faciam tibi oculos, ut videas. Tune vero oculos das ? Imo vero. Tune Conditor es ? Utique. Nonne mente captus es ? Neutiquam. Oculosne itaque corporis facis ? Non sane, sed, quod plus valet, mentis. Itaque et mihi oculos paras ? Vel maxime. Nonne vero eos habeo ? Minime. Sed tu habes ? Utique. Dic, quæso, quomodo ? Quod si tu templum ingressus nudum ibi simulacrum, et mutum lapidem videas, dicasque, Hic est Deus, num oculos tunc habes ? Neque enim externi oculi quidquam prosunt, quando internis captus es. Vides itaque necesse esse, ut oculos tibi parem, quo lapidem videas esse lapidem, et lignum esse lignum. Oculos habes, ut videns lignum illud adores ? Ego vero illud comburam. Num igitur oculos habes, qui illud, quod comburitur, Deum appelles ? Homo aliquis ebrius est, et circumfertur, et deridetur, et ex homine ratione destitutus evadit. Tu vero ais : Ebriositas deus est, Bacchus ; furtum deus est, Mercurius. Videsne, oculis tibi opus esse ? Lex prava punit ; tu vero, ea patrans, nihil sentis. Jam, quæso te, attende quomodo omnia facta sint nova. Creatura in Scriptura vocatur non solum, quando aliquid ex nihilo esse incipit, sed et quando aliquid, quod est, in melius mutatur. Deus cœlum condidit, hoc est, fecit aliquid ex nihilo : idem vero etiam creat, quando hominem impium bonum efficit. Atque hic creare idem est, quod aliquid in melius mutare. Audi porro Davidem loquentem. Quoniam enim ille et cor ejus creatum erat, adulterio vero et cæde inquinabatur, et ad cædem ferebatur, Deum precatur, et ait : « Cor novum crea in me, Deus [30] ; » non quidem, quod ante non habebat cor, sicut nec de cordis essentia, sed de optima, quæ illud ornat, conditione loquitur. Vides itaque quod creatura vocetur non solum, si ex nihilo aliquid existere incipit, sed etiam, si quid quoad essentiam corruptum in melius mutetur. Ita meretrix conditur, si fiat casta ; ita rapax, si evadat misericors. Ita in ovem mutatur lupus, et in columbam accipiter. Duo itaque sunt creationis genera. Propterea etiam lavacrum dicitur creatio, lavacrum, inquam, regenerationis. « Exuentes enim inquit, hominem veterem, induentes autem novum, qui regeneratus est ad imaginem ejus, qui eum condidit. Vides itaque, quod nova aliqua sit creatura. Quid enim mihi prodest, si cœlum fiat novum, et terra nova, ergo vero peccatis inveteravi ? Cœlum domus est, ego vero in eo diversor et ægroto. Quando medi-

A γέγονε τὰ πάντα καινά· εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις ; » ἐγὼ γὰρ, φησὶ, καινὸν οὐδὲν βλέπω. Οὐ γὰρ ἔχεις ὀφθαλμούς, ἵνα ἴδῃς ταῦτα ; Δεῦρο, καὶ ποιήσω σοι ὀφθαλμούς, καὶ ὁράσεις (22)· Καὶ σὺ ποιεῖς ὀφθαλμούς ; Ναί. Καὶ δημιουργὸς εἶ ; Καὶ πάνυ. Σὺ ἀπονενόησαι ; Οὐχί. Οὐκοῦν ποιεῖς (23) ὀφθαλμοὺς τοῦ σώματος ; Οὔ· ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τῆς διανοίας. Καὶ ποιεῖς μοι ὀφθαλμούς ; Μάλιστα. Οὐ γὰρ ἔχω ; Οὐχί. Σὺ δὲ ἔχεις ; Ναί. Πῶς ; εἰπέ μοι. Ὅταν ἀπέλθῃς εἰς ναὸν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ ξόανον γυμνὸν, λίθον ἄφωνον, καὶ εἴπῃς· Οὗτος ὁ Θεός ἐστιν· ἆρα ὀφθαλμοὺς ἔχεις ; μὴ γὰρ ὀφελός τι τῶν ἔξωθεν ὀφθαλμῶν τῶν ἔνδον πεπηρωμένων ; Ὁρᾷς ὅτι χρείαν ἔχεις ἵνα ποιήσω σοι ὀφθαλμούς, ὥστε τὸν λίθον σε ἰδεῖν λίθον, καὶ τὸ ξύλον, ξύλον· ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ὅταν

B ἴδῃς ξύλον, καὶ προσκυνήσῃς· καὶ λαβὼν ἐγὼ, αὐτὸ καύσω. Ἆρα ἔχεις ὀφθαλμοὺς τὸ καιόμενον Θεὸν ὀνομάζων ; ὅταν τὰ πάθη θεοποιεῖς, ὀφθαλμοὺς ἔχεις ; μεθύει ὁ ἄνθρωπος, καὶ περιφέρεται, καὶ καταγελᾶται· καὶ γίνεται ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου ἄλογος. Σὺ δὲ λέγεις· Ἡ μέθη θεὸς, ὁ Διόνυσος· ἡ κλοπὴ θεὸς, ὁ Ἑρμῆς· ὁρᾷς, ὅτι χρεία σοι ὀφθαλμῶν ; ὁ νόμος τὰ πάθη κολάζει· καὶ σὺ ταῦτα ποιῶν οὐκ αἰσθάνῃ ; εἰ βούλει δὲ, πρόσχες, ὅπως γέγονε πάντα καινά. Κτίσις ἐν τῇ Γραφῇ λέγεται, ἡ οὐ μόνον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· τοῦτό ἐστιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἐργάσα-

C σθαι· κτίζει, καὶ ὅταν τὸν πονηρὸν ἄνθρωπον καλὸν ἀπεργάσηται· ἐνταῦθα τὸ κτίζειν ἐστὶν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Καὶ ἄκουσον τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐκτισμένη, ἐρρυπώθη δὲ τῇ μοιχείᾳ, καὶ τῷ φόνῳ, καὶ πρὸς φθορὰν κατεφέρετο, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν, καὶ λέγει· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός. » Οὐχ ὅτι πρότερον οὐκ εἶχε καρδίαν· οὐδὲ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς κοσμούσης αὐτὴν ἀρίστης πολιτείας. Ἰδοὺ τοίνυν κτίσις λέγεται, οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς οὐσίας διαφθαρείσης εἰς τὸ βέλτιον μετα-

D βολή· οὕτω κτίζεται σώφρων ἡ πόρνη, οὕτως ἐλεήμων ὁ ἅρπαξ· οὕτω μεταβάλλεται εἰς πρόβατον ὁ λύκος, καὶ ὁ ἱέραξ εἰς περιστεράν· δύο κτίσεις. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ λουτρὸν κτίσμα λέγεται· τὸ λουτρὸν λέγω τῆς παλιγγενεσίας. « Ἀποδυσάμενοι γὰρ, φησὶ, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυσάμενοι δὲ τὸν νέον, τὸν ἀναγεννώμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν (24). » Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἐστὶ καινὴ κτίσις. Τί γὰρ μοι ὄφελος, ἐὰν γένηται ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ γῆ καινὴ, ἐγὼ δὲ ταῖς ἁμαρτίαις πεπαλαίωμαι ; ὁ οὐρανὸς οἶκός ἐστιν, ἐγὼ δὲ ὁ διαιτώμενος ἐν αὐτῷ, καὶ νοσῶν. Ἐὰν ἰατρὸς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀῤῥωστοῦντος εἰσέλθοι, καὶ τοῦ μὲν οὐδεμίαν πρόνοιαν λάβοι, λευκαίνει δὲ

[30] Psal. L, 11.

NOTÆ.

(22) Colb. καὶ ὁρᾷς.
(23) Idem, ποίησον.
(24) Coloss. III, 10, ubi tamen hodie codices nonnihil aliter habent.

τοὺς τοίχους, καὶ χρυσογραφεῖ τὸν ὄροφον, οὐχ ἃ εἶπες αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀνάστησον τὸν νοσοῦντα· τί τὴν οἰκίαν καλλωπίζεις; βοήθησον τῷ κειμένῳ. Καὶ ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἐν ᾧ κατακειμένην εὗρεν τὴν φύσιν μου νοσοῦσαν, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἅπαντα δέχεται τὸν ἀγῶνα, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ ἀνορθοῖ τὴν φύσιν. Τί οὖν τὸν ἰατρὸν μέμφῃ, ὅτι μὴ ταῦτα ἐποίει· τὸν Χριστὸν δὲ πάλιν ὑπὸ μῶμον ποιεῖς, ὅτι ταῦτα ποιεῖ; οὕτω παρῆλθεν τὰ ἀρχαῖα· οὕτω γέγονε τὰ πάντα καινά· οὕτω καινὴ κτίσις· καὶ μυρία ἄν τις τοιαῦτα ἐπισυνάπτῃ.

A cus ægroti domum intraverit, nullaque habita ægroti cura, muros dealbaverit, tectumque aureis ornaverit figuris, nonne ad eum dixeris, Mi homo, excita ægrotum; quid domum ornas? juva decumbentem. Ita Christus quoque mundum hunc ingressus est, in quo naturam meam ægrotantem et decumbentem invenit; inque ea sananda omnem operam collocat, renovatque naturam et restituit. Quid igitur medicum culpas, quod illud non fecerit? Christo vero vitio vertis, quod fecerit illud? Ita transierunt vetera; ita omnia facta sunt nova; ita nova facta est creatura: cujusmodi sane infinita aliquis attulerit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΗ'.

QUÆSTIO CLXVIII [*Coisl.* CXCVII, *Taur.* CLXXXVII].

Διὰ τί ὁ Ἀπόστολος, ὅταν περὶ Χριστοῦ διαλέγηται, « θάνατον » καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον· ὅταν δὲ περὶ [τῆς] ἡμῶν, « κοίμησιν; »

B *Quare Apostolus de Christo loquens, mortem ejus « mortem, » nostram vero « somnum appellat* [31]*? »*

Editarum a Wolfio vigesima nona (l. c., p. 813. Galland. l. c., p. 751, n. 45) l. — De morte Christi proprio mortis nomine designata apud Apostolum, qui mortem fidelium *somnium* appellavit.

Τί δήποτε, ὅταν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγηται Παῦλος, θάνατον καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον, ὅταν δὲ περὶ τῆς ἡμετέρας τελευτῆς,, κοίμησιν αὐτὴν, καὶ οὐ θάνατον ὀνομάζει; Καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτον μνησθεὶς (25) τῆς τελευτῆς τῶν ἀνθρώπων, οὐθαμοῦ θάνατον λέγει, ἀλλὰ κοίμησιν τὴν ἀναχώρησιν λέγει (26). Οὐ γὰρ παρέργως ταύτῃ κέχρηται τῶν λέξεων τῇ παρατηρήσει, ἀλλά σοφόν τι καὶ μέγα κατασκευάζει. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Χριστοῦ θάνατον καλεῖ, ἵνα τὸ πάθος πιστώσηται· ἐπὶ δὲ ἡμῶν, κοίμησιν, ἵνα τὴν ὀδύνην παραμυθήσηται. Ἔνθα μὲν γὰρ παρεχώρησεν ἡ ἀνάστασις, θαῤῥῶν καλεῖ θάνατον· ἔνθα δὲ ἐν ἐλπίσιν ἔτι μένει, κοίμησιν καλεῖ· καὶ διὰ ταύτης παραμυθούμενος ἡμᾶς τῆς προσηγορίας, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ὑποτείνων ἡμῖν· ὁ γὰρ κοιμώμενος ἀναστήσεται πάντως· ἐπεὶ καὶ θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ μακροχρόνιος ὕπνος.

Quæ causa est cur Paulus, de Christo disserens, mortem ejus *mortem* vocat, de nostro vero obitu loquens, eum *somnum*, non autem mortem, appellat? In eodem enim loco mortem hominum ter commemorans, discessum illum nunquam mortis, sed semper somni nomine appellat. Neque enim sine causa hac voce perpetuo usus est; sed sapienter egit, et præclarum aliquid significavit. Scilicet de Christo *mortis* nomen adhibet, ut perpessionem simul confirmet; de nobis vero *somni* illud, ut dolori afferat solatium. Ubi enim resurrectio jam consecuta est, confidenter *mortem* nominat; ubi vero spe adhuc præcipitur, *somnum* vocat, ipsa hac appellatione et nos consolaturus, et ad pulchram spem excitaturus. Mortuus enim omnino resurget, quoniam mors ipsa nihil aliud est, quam somnus aliquis diuturnus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΘ'.

QUÆSTIO CLXIX [*Coisl* CXCVIII, *Taur.* CLXXXVIII].

Διατί, ἀφεὶς τὴν ὅρασιν, Ἡσαΐας περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς διαλαμβάνει;

Quare, relicta visione, Isaias de cœlo et terra disserat?

Edita a Maio (*Nov. Coll.*, t. IX, p. 104, 105). — In Isaiæ verba, I, 1. 2

Εἰπὲ τὴν ὅρασιν ἣν εἶδεν· ὁ δέ· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ· ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἄλλα ἐπαγγείλω, καὶ ἄλλα λέγεις; ἀρχόμενος εἶπες· Ὅρασις κατὰ Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἀφεὶς τὴν διήγησιν, οὐρανῷ καὶ γῇ διαλέγῃ· ἀφῆκας τοὺς ἀνθρώ-

D Dic visionem quam vidit: ille autem: « Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est. » Alia annuntias et alia dicis? Incipiendo dicis: « Visio super Judam, et, Jerusalem, » et, relicta narratione tua, cœlum et terram alloqueris.

[31] Rom. v, 10.

NOTÆ.

(25) Codex, male, μνησθῆς.
(26) Vide I Cor. xv, 18, 20. 21, et II Thess. iv, 13, 14, 15. Utroque in loco verbum κοιμᾶσθαι.

1. Neque diræ neque benedictiones, imo vero vaticinia sunt patriarchæ sermones extremi. Adeste, inquit, ut certiores vos faciam quid cuique postremis temporibus eventurum sit. Tum facinorum quoque meminit, quæ nonnulli patraverant ; non quod patrum scelera vindicentur in filiis, sed quia diris ac benedictionibus orationem suam ob communem legentium utilitatem figurat. Jam vero Rubenio arrogantiam exprobrat et ferociam patrisque thalamum violatum : posterosque ejus paucos prædicit : id enim innuunt verba, instar aquæ non ferveas, id est ad fecunditatem non incalescas. Irascitur quoque Simeoni atque Levinio, Sicimitarum injustam necem deplorans ; deprecatur autem quominus ipsemet ullam sceleris ejus societatem attingat : tum maledicit affectibus eorum improbis

α΄. Οὔτε ἀραί εἰσιν οὔτε εὐλογίαι ἀλλὰ προρρήσεις οἱ τελευταῖοι τοῦ Πατριάρχου λόγοι· « Συνάχθητε γάρ, φησὶν, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· » ἐμνήσθη δὲ καὶ τῶν παρ' ἐνίων γεγενημένων, οὐκ ἐπειδὴ δίκας οἱ παῖδες εἰσεπράττοντο τῶν πατρικῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ σχηματίζων εἰς ἀρὰν καὶ εὐλογίαν τοὺς λόγους εἰς κοινὴν τῶν ἐντευξομένων ὠφέλειαν. Καὶ τῷ μὲν Ῥουβὶμ αὐθάδειαν ἐπιμέμφεται καὶ θρασύτητα καὶ τὴν εἰς πατρῴαν εὐνὴν παρανομίαν· οὗ δὴ ὀλίγους αὐτοῦ γεγενῆσθαι τοὺς ἀπογόνους προλέγει· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ « Ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσαις, » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἐκθερμανθείης εἰς πολυγονίαν. Νεμεσᾷ δὲ καὶ τῷ Συμεὼν καὶ τῷ Λευΐ, τῶν Σικιμιτῶν τὸν ἄδικον ὄλεθρον ὀδυρόμενος, καὶ εὔχεται μηδεμίαν κοινωνίαν εἰς τὴν παρανομίαν ἔχειν ἐκείνην· ἐπαρᾶται μέντοι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς

[28] Genes. XXXII, 29. [29] ibid. 28. [30] ibid. 30 et seq. [30*] Genes. XLIX. 1 seqq.

NOTÆ.

(56) Hæc quæstio, quæ in cod. Taurin. desideratur, ex Theodoreto q. 92 in Genes. p. 199 desumpta fuit.

(57) Est Theodoreti q. 6 in Exod. t. LXXX. p. 230.

(57) Fere verbo tenus ex Theodoreto q. 110 in Genes p. 215.

πονηροῖς αὐτῶν πάθεσι καὶ τῇ ὀργῇ τῇ μήνιδι· ἐπιθυμίαν δὲ τὴν ὀργὴν ἐκάλεσεν· ἐκ ταύτης γὰρ ἡ ὀργὴ τὴν ἐτυμολογίαν ἔχει· ὀρέγεται γὰρ ὁ ὀργιζόμενος ἀμύνασθαι τὸν ἐχθρόν· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τιμωρία πρόῤῥησις ἦν· « Διαμεριῶ γὰρ αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ· » ἀλλ' ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ διὰ τὴν ἄκραν διεσπάρη τιμήν· ὥστε γὰρ ἑκάστῃ φυλῇ συνεῖναι Λευίτας καὶ ἱερέας καὶ τὴν πάρ' αὐτῶν ὠφέλειαν καρποῦσθαι, οὐκ ἔλαβον ἴδιον κλῆρον, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ φυλῇ τινες αὐτοῖς ἀπενεμήθησαν πόλεις, καὶ τῆς προαστείου γῆς ὡρισμένος πήχεων ἀριθμός· καὶ ἡ τοῦ Συμεὼν φυλὴ οὐκ εἶχε κλῆρον κεχωρισμένον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ πατριάρχου πρόῤῥησιν μεταξὺ τῶν ἄλλων φυλῶν διεσπαρμένον.

A iræque vindici. Et quidem cupiditatis nomine excandescentiam appellat : illinc quippe ducitur vocabuli *excandescentia* ratio ; ardet enim excandescens inimicum ulciscendi cupiditate. Atque hæc ipsa ultio vaticinium erat. « Dividam quippe eos in Jacob, dispergam in Israel. » Reapse tamen Levinii tribus summi honoris gratia dispersa fuit : namque ut in singulis tribubus Levitæ essent ac sacerdotes, indidemque utilitatem perciperent [31], non est illis assignata peculiaris possessio, sed in unaquaque tribu quædam urbes attributæ cum suburbani soli definito cubitorum numero. Tum ne Simeonis quidem tribus proprium agrum sortita est, sed ut patriarcha prædixerat, inter alias tribus dispersa [32].

β'. Τοῦ δὲ Ἰουδα πολλοὺς ἐπαίνους διέξεισιν. « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου· σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. » Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν τῷ Ἰούδα ἁρμόττει, ἀλλὰ τῇ ἐκ τούτου βλαστησάσῃ φυλῇ· βασιλικὴ γὰρ ἦν αὕτη, πρώτου μὲν τοῦ Δαβὶδ βασιλεύσαντος, εἶτα τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ πασῶν δὲ τῶν ἄλλων φυλῶν ἦν δυνατωτάτη· καὶ γὰρ ἡνίκα Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἀριθμηθῆναι προσέταξε τὸν λαόν, τετρακοσίας χιλιάδας τοῦ Ἰούδα εὗρε, τῶν δὲ ἄλλων φυλῶν ἐννεακοσίας· καὶ μέντοι κἀν τῇ ἐρήμῳ ἀριθμηθέντες, πλείους ὤφθησαν τῶν ἄλλων φυλῶν· ἀλλὰ τὸ ἀκριβὲς τῆς προῤῥήσεως τὴν ἔκβασιν ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐκ βλαστοῦ Ἰούδα ἀνέτειλε κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ, καὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· « Ἐξῆλθε ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀνέβη· » αὐτῷ δὲ καὶ τὸ « Ἀναπεσὼν ὡς λέων ἐκοιμήθη, ἁρμόττει, καὶ ὡς σκύμνος λέοντος· » ὥσπερ γὰρ ὁ λέων καθεύδων ἐστὶ φοβερός, οὕτως ὁ Δεσποτικὸς θάνατος καὶ τῷ θανάτῳ καὶ τῷ διαβόλῳ γεγένηται· λέοντα γὰρ αὐτὸν καὶ σκύμνον λέοντος κέκληκεν ὡς Βασιλέα καὶ Βασιλέως Υἱὸν, καὶ Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱόν· καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἐκ τοῦ Δαβὶδ γὰρ ἐβλάστησε· καὶ ὡς Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη· καὶ τὸ, « Τίς ἐγερεῖ αὐτόν ; » τὴν ἄφατον αὐτοῦ δείκνυσι δύναμιν· αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνέστησε κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόῤῥησιν· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » καὶ ἑξῆς.

B 2. Age vero Judæ plurimas laudes recitat. « Juda, laudent te fratres tui ; manus tuæ in cervicibus hostium tuorum ; filii patris tui adorent te. Catulus leonis Judas ; ex germine, fili mi, ascendas. » Atqui nihil horum Judæ congruit, sed ortæ ex eo tribui, quæ regalis evasit, David rege primo, deinde posteris ejus. Hæc omnium tribuum Potentissima fuit : nam et cum rex David numerari populum jussit, quadringenta millia Judæorum reperit ; ex aliis vero cunctim tribubus nongenta millia [33]. Imo et in deserto cum census ageretur, plures Judæi cæteris tribubus comperti sunt. Vaticinii tamen accurata ratio nacta est exitum in Christo Domino, qui de Judæ germine emersit, prout Jacobus patriarcha et Isaias propheta affirmaverunt :

C Exiit virga de radice Jessæi, et flos de radice ascendit. Christo præterea verba congruunt, « Ut leo procumbens quievit ut leonis catulus [34]. » Nam sicuti leo cubans terribilis est, ita mors Dominica morti ac diabolo terrori fuit. Leonem ipsum catulumque leonis appellat, nempe ut regem regisque filium, Deumque Dei Filium. Etenim ut homo, Davide ortus est ; ut Deus, ante sæcula a Patre genitus. Jam verba « Quis suscitabit eum, » maximas ejus vires demonstrant : ipse enim semet prout prædixerat exsuscitavit : « Solvite templum hoc ; » et reliqua.

γ'. Προαγορεύει δὲ καὶ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τὸν καιρὸν· « Οὐκ ἐκλείψει γὰρ ἄρχων ἐξ Ἰούδα, » καὶ ἑξῆς· σημεῖον γὰρ τοῦτο τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας σαφέστατον· ἐξέλιπον γὰρ τῶν Ἰουδαίων οὐχ οἱ βασιλεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ προφῆται· τοῦ γὰρ Σωτῆρος ἡμῶν μέλλοντος τίκτεσθαι, ἀλλόφυλοι αὐτῶν ἐκράτησαν βασιλεῖς, ἵνα ὁ αἰώνιος δειχθῇ Βασιλεὺς ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία· καὶ γὰρ καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπέσχετο ὁ Θεὸς ἐν τῷ σπέρματι αὐτῶν εὐλογήσειν πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· τοῦτο δὲ καὶ ἐνταῦθα παραδηλῶν ὁ Ἰακὼβ, φησί· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων, » καὶ ἑξῆς· ἕως, « Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν· » καὶ Ἰουδαίων συστάντα

D 3. Pergit tempus etiam prædicere, quo ille venturus erat : « Non deficiet princeps ex Juda ; » et reliqua. Hoc enim indicium fuit Christi præsentis exploratissimum : namque apud Judæos defecerant non reges tantummodo, sed etiam pontifices atque prophetæ. Etenim Servatoris nostri instante nativitate, alienigenæ reges dominabantur, ut rex æternus manifestaretur, gentium expectatio. Nam et Abrahamo et Isaaco et Jacobo promiserat Deus, in semine eorum benedicturum se gentes terræ. Id ipsum hoc loco declarans Jacobus ait : « Non deficiet princeps ; » et reliqua, usque ad verba : « Et ipse erit exspectatio gentium : » populumque Judaicum

[31] Num. XXXV, 4. [32] Jos. XIX, 9. [33] I Paral. XXI, 5 ; Num. I, 27. [34] Isa. XI, 7. [35] Joan. II, 19. [36] Genes. XLIX, 10.

constituet. Alligans, inquit, viti asinam suam, vitis ramo pullum asinæ suæ. Quod quidem vitis nomine denotetur Israel, passim prophetæ docent. Utique David ait : « Vineam ex Ægypto transtulisti [37]. » Tum Dominus in Evangeliis . « Homo quidam vineam plantavit [38]. » Pullum dicit ethnicorum populum, utpote adhuc indocilem et domitore carentem. Hoc ipse Dominus innuit, cum mandavit discipulis ut in adversum castellum irent, vinctamque assinam solverent cum pullo ejus, quem nemo adhuc, inquit, insederat [39]. Nam neque patriarcha, neque legislator, neque propheta salutis ethnicorum curam gesserant. Divi autem apostoli erudire ethnicos jussi solverunt asinam, id est hominum naturam peccatorum loris antea devinctam : solverunt et pullum, germinantem scilicet ex ea populum : impositisque ei vestimentis suis, id est, quam acceperant, gratia (nam quotquot in Christo baptizati sunt, Christum induerunt [40]) docilem effecerunt eum, qui erat antea pullus indomitus, ipsique Dominum imposuerunt. Tum eumdem viti alligaverunt, id est sibimet ipsis : nam Judæis oriundi apostoli. Neque apostolis tantum, verum etiam horum discipulis devincti fideles sunt : id quod patriarcha prævidens ait : Alligans viti asinam suam, ramoque vitis pullum asinæ suæ.

A λαόν. « Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον αὐτοῦ, φησί, καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ· » ὅτι δὲ ἄμπελος ὁ Ἰσραὴλ ὠνομάζετο, πάντες μὲν οἱ προφῆται διδάσκουσι· καὶ Δαβὶδ φησι· » Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· » καὶ ὁ Κύριος δὲ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα· » πῶλον δὲ τὸν ἐξ ἐθνῶν ὀνομάζει λαόν, ὡς ἀδάμαστον ὄντα καὶ πωλοδάμνην οὐκ ἐσχηκότα· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἠνίξατο τοῖς ἀποστόλοις προστεταχὼς εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην ἀπελθεῖν καὶ λῦσαι τὴν ὄνον τὴν δεδεμένην καὶ τὸν ταύτης πῶλον, ἐφ' ὃν, φησί, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισε· οὔτε γὰρ πατριάρχης, οὔτε νομοθέτης, οὔτε προφήτης (58), τῆς τῶν ἐθνῶν ἐφρόντισε σωτηρίας· οἱ δὲ θεῖοι ἀπόστολοι προσταχθέντες μαθητεῦσαι τὰ ἔθνη, ἔλυσαν μὲν τὴν ὄνον, τουτέστι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν τὴν δεδεμένην ταῖς τῆς ἁμαρτίας σειραῖς· ἔλυσαν δὲ καὶ τὸν πῶλον τὸν ἐκ ταύτης βεβλαστηκότα λαόν· καὶ ἐπιθέντες αὐτῷ τὰ ἱμάτια τὰ ἑαυτῶν, τουτέστι τὴν χάριν ἧς ἔτυχον (ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο), εὐήνιον ἀπέφηναν τὸν ἀδάμαστον πῶλον, καὶ ἐπεκάθισαν αὐτῷ τὸν Δεσπότην, καὶ προσέθησαν αὐτὸν τῇ ἀμπέλῳ, τουτέστιν ἑαυτοῖς· ἐξ Ἰουδαίων γὰρ οἱ ἀπόστολοι, οὐ μόνον δὲ τοῖς ἀποστόλοις συνήφθησαν οἱ πεπιστευκότες, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων μαθηταῖς· καὶ τοῦτο προορῶν ὁ πατριάρχης ἔφη· « Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. »

B

4. Exin passionem quoque prædicit : « Lavabit vino stolam suam, sanguine uvæ pallium suum : hilares oculi ejus a vino, candidi dentes. Corpus quidem ejus stolæ nomine indigitat, vini nomine sanguinem : nam consecratum vinum sanguis est [41], teste Servatoris sermone. Tum evangelistam docentem audimus, quod cum militis lancea latus ejus effossum est, sanguis et aqua eruperit [42] : quæ scatebræ cum in corpus diffluerent, idcirco ait : « Lavabit vino stolam suam, uvæ sanguine pallium suum [43]. Deinde ostendens exorturum e passione gaudium, « Hilares, inquit, oculi ejus a vino : » nam lætitia orbis Servatoris passio est. Quod autem hac figura passionem patriarcha designaverit, testis ipse Dominus dicens : « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste [44]. » Tum etiam Zebedæi filiis aiebat : « Potestisne bibere calicem quem ego bibiturus sum [45]? » Ergo oculorum hilaritas consecutam e passione lætitiam denotat. Namque post passionem missi sunt in universum orbem discipuli salutem fidelibus allaturi. Jam doctrinæ puritatem claritatemque candidissimis dentibus comparavit. « Candidi, inquit dentes ejus præ lacte [46]. » Atque hactenus patriarcha Judam commendavit.

C

δ'. Εἶτα καὶ τὸ πάθος προλέγει· « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ· χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου· καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ· » καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ στολὴν ὀνομάζει· τὸ δὲ αἷμα οἶνον· ἐπειδὴ καὶ τὸν μυστικὸν οἶνον αἷμα κέκληκεν ὁ Δεσπότης (59)· ἀκούομεν δὲ καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ διδάσκοντος ὡς τοῦ στρατιώτου τῇ λόγχῃ νύξαντος αὐτοῦ τὴν πλευράν, ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ· οὗτοι δὲ οἱ κρουνοὶ διὰ τοῦ σώματος κατερρύησαν· διὰ τοῦτο καί φησι· « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. » Εἶτα δεικνὺς τὴν ἀπὸ τοῦ πάθους γενησομένην εὐφροσύνην· « Χαροποιοί, φησίν, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου· » εὐφροσύνη γὰρ τῆς οἰκουμένης τὸ σωτήριον πάθος. Ὅτι δὲ οὕτω τὸ πάθος ἐκάλεσε, μάρτυς αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· » οὕτω καὶ τοῖς υἱοῖς ἔφη Ζεβεδαίου· « Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πιεῖν; » τὸ τοίνυν χαροποιὸν τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν μετὰ τὸ πάθος εὐφροσύνην δηλοῖ· μετὰ γὰρ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, εἰς πᾶσαν ἀπεστάλησαν τὴν οἰκουμένην οἱ μαθηταὶ τὴν σωτηρίαν προσφέροντες τοῖς πιστεύουσι· τῆς δέ γε δι-

D

[37] Psal. LXXIX, 9. [38] Luc. XX, 9. [39] Luc. XIX, 30. [40] Galat. III, 27. [41] Matth. XXVI, 28. [42] Marc. X, 38. [43] Gen. XLIX, 11. [44] Matth. XXVI, 39. [45] Matth. XX, 22. [46] Genes. XLIX, 12.

NOTÆ.

(58) Excipe tamen certe Jonam ad ethnicos Ninivitas missum.
(59) Recole Photii quæstionem 73.

δασκαλίας τὸ διειδὲς καὶ τὸ διαφανὲς λευκοτάτοις ὀδοῦσιν ἀπείκασε· « Λευκοὶ γάρ, φησὶν, οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. » Τοσαῦτα μὲν προείρηκεν ὁ πατριάρχης εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν.

ε'. Τοῦ δὲ Ζαβουλὼν προείρηκε τὴν παράλιον οἴκησιν· τοῦ δὲ Ἰσάχαρ τὴν γεωργίαν· τοῦ δὲ Δάν, κατὰ μέν τινας, τὰ ὑπὸ τοῦ Σαμψὼν γεγενημένα ἐκ ταύτης γὰρ ἦν τῆς φυλῆς· συναριθμηται δὲ καὶ τοῖς Κριταῖς· καὶ διὰ τοῦτο, φησὶν, ἔφη· « Δὰν κρινεῖ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν ὡσεὶ καὶ μία (60) φυλὴ ἐν Ἰσραήλ· » ἔνιοι δέ φασι τὰ κατὰ τὴν Λαΐσσαν τὴν νῦν Πανεάδα καλουμένην προσαγορεύσαι· ἐξαπίνης γάρ τινες ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενοι τῆς φυλῆς, ταύτῃ προσβαλόντες τῇ πόλει, εἷλόν τε κατὰ κράτος καὶ ᾤκισαν, καὶ τὴν οἰκείαν αὐτῇ προσηγόρίαν ἐπέθεσαν. Δὰν γὰρ αὐτὴν ἐκάλεσαν· ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸ θεῖον Πνεῦμα ὥσπερ τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου διὰ τοῦ πατριάρχου ἐκ ταύτης δηλοῦν [*cod.* δηλῶν] τῆς προρρήσεως. « Δὰν γὰρ, φησὶ, κρινεῖ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν ὡσεὶ καὶ φυλὴ μία ἐν Ἰσραήλ » Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὁ Σωτὴρ βλαστήσας διασώζει τὴν οἰκουμένην, οὕτως ἐκ τῆς τοῦ Δὰν φυλῆς ὄφις ὀλέθριος ἐξελεύσεται· τοῦτο γὰρ λέγει· « Καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις ἐφ' ὁδοῦ καθήμενος ἐπὶ τρίβου δάκνων πτέρναν ἵππου· καὶ πεσεῖται ὁ ἱππεὺς τὴν σωτηρίαν ἀναμένων Κυρίου· » ἐπειδὴ γὰρ ἀπάταις παντοδαπαῖς κεχρημένος πειρᾶται τοὺς φενακιζομένους ἀγρεύειν εἰς ὄλεθρον, ὄφει τινὶ αὐτὸν ἀπεικάζει παρά τινι τρίβῳ φωλεύοντι καὶ τοῖς παριοῦσι λυμαινομένῳ· ἵππον δὲ οἶμαι καλεῖν αὐτὸν τὸ σῶμα, ἐπιβάτην δὲ τὴν ψυχήν· τὸ δὲ εἰς τοὐπίσω πεσεῖν, τουτέστιν ὕπτιον κεῖσθαι τὸν θάνατον παραδηλοῖ· τοιοῦτο γὰρ τῶν τεθνεώτων τὸ σχῆμα· διὰ δὲ τῆς πτέρνης τὴν ἀπάτην ᾐνίξατο· ἐπειδὴ τοὺς μὲν ἐξαπατᾷ, τοῖς δὲ παγχαλέποις ἐπιφέρει κολάσεις· διὰ δὲ τοῦ ἵππου τὸ σῶμα ᾐνίξατο, οὗ θανόντος καὶ διαφθειρομένου, θάνατος γίνεται, τοὺς τῆς ἐλπίδος τοῖς ὑπομένουσι κομίζων καρπούς· καρπὸς δὲ τῆς τοιαύτης ἐλπίδος ἡ σωτηρία.

A 5. Age vero Zabulonis maritimum incolatum prædixit; Isachari agricolandi studium; Danisdenique, ut quidam autumant, quæ Samsoni acciderunt. Ex hac enim is tribu fuit, idemque in Judicibus connumeratur. Quapropter dicitur: « Dan judicabit populum suum, instar unius tribus in Israele [47]. » Alii dicunt commemorari ea quæ contigerunt Laissæ nunc Paneadi dictæ. Repente enim nonnulli ea tribu oriundi urbem hanc adorti, vi captam ipsi incoluerunt, suumque ei nomen indiderunt, Dan scilicet vocitantes. Ego vero existimo divinum Spiritum sicuti res Servatoris nostri, ita res quoque Antichristi hoc vaticinio patefacere; « Dan scilicet, inquit, judicabit populum suum, instar unius tribus in Israele. » Sicuti de Judæ tribu Servator pullulans mundum servabit, ita de Danis tribu exitiosus anguis exsiliet. Id enim verba innuunt, fiat Dan serpens in via, projectus in semita, mordens equi calcaneum: tum corruet eques, qui a Domino exspectabit salutem. Quoniam Antichristus omnimodis dolis utens illectos pertrahere nitetur in interitum, hunc colubro comparat juxta semitam latitanti, viatoribusque exitium inferenti. Equum dici a patriarcha corpus censeo; equitem, animam· Quod antem retro decidit, id est supinus projicitur, mors nimirum innuitur: hic est enim exanimatorum habitus. Calcaneo denique fraudem significat; quia videlicet Antichristus alios decipiet, alios B acerbissimis suppliciis cruciabit. Equo, ut dixi, corpus innuitur; quo læso et corrupto, mors consequitur: quæ tamen fortibus spei fructum affert: C hujus vero spei fructus, salus.

ς'. Προλέγει τῷ Γὰδ τὰς ἐσομένας αὐτῷ παρὰ τῶν ληστρικῶν ἐφόδων ἐπιβουλάς· τοῦτο γὰρ λέγει, « Πειρατήριον πειρατεύει αὐτόν· » προαγόρευει δὲ καὶ τὴν ἐσομένην αὐτοῦ νίκην· « Καὶ αὐτὸς γὰρ, φησὶ, πειρατεύσει αὐτὸν κατὰ πόδας· » ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ Ἀσὴρ τὴν σιτοφόρον χώραν· καὶ τοῦ Νεφθαλεὶμ τὴν εἰς πλῆθος ἐπίδοσιν· τοῦτο γὰρ ἔφη· « Στέλεχος ἀνειμένον ἐπιθιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι καλλος· » εἶτα τοῦ Ἰωσὴφ τὸν φθόνον, καὶ τὰς παντοδαπὰς ἐπιδείξας ἐπιβουλάς, τὴν θείαν ὑμνεῖ κηδεμονίαν, δι' ἧς τοὺς πεπολεμηκότας ἐνίκησε. « Συνετρίβη γὰρ, φησὶ, μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ ἐξελύθη νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν, διὰ χεῖρα δυνάστου Ἰακώβ· ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας σε Ἰσραὴλ παρὰ Θεοῦ τοῦ Πατρός σου· καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεὸς ὁ ἐμός· καὶ εὐλόγησέ σε εὐλογίαν οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ εὐλογίαν τῆς ἐχούσης πάντα, » καὶ ἑξῆς· δι' ὧν

9. Gado futuras a latronum incursionibus insidias ominatur. Id enim aiunt verba, «direptio eum diripiet. » Tum etiam victoriam spondet: ipse, inquit mox diripiet illum. Asero similiter frugiferum agrum prædicit; Nephtalimo sobolis incrementum: sic enim intelliguntur verba, caudex emissus, ex se gignens pulchritudinis germen. Deinde infensam Josepho invidiam variasque pandens insidias, divinam celebrat Providentiam, qua tectus adversarios D suos superavit. « Contriti sunt, inquit, arcus eorum,; dilapsi sunt nervi brachiorum manuumque eorum per manum potentis Jacob. Illinc qui te roborat Israel a Deo Patris tui. Opitulatus est tibi Deus meus: benedixit tibi benedictione cœli desuper, terræque benedictione omnia continentis [48];» et reliqua. Quibus omnibus verbis Deum suum celebravit, qui se fratri adversario superiorem reddi-

[47] Jos. XIX, 47. [48] Genes. XLIX, 24, 25.

NOTÆ.

(60) Ita habent LXX interpretes, quos sequitur Photius; neque ullam varietatem ego reperi in Holmesiana diversarum lectionum magna farragine. Textus tamen Lat. vulgatus habet *alia*, quia lecta fuit in Hebraico archetypo vicesima pro quarta littera.

dit : filiumque pariter suum, contra quem tanta fratrum turba conjuraverat. Hanc, inquit, tutelam nactus es propter tuum erga parentes studium. Sic enim intelligas verba : propter benedictionem uberum et vulvæ, benedictionem patris matrisque tuæ Is enim senis patris sollicitam curam gessit : quidquid autem patri fecit, id utrique parenti commune dicitur : namque et mater eamdem curam fuisset experta, nisi citius vita excessisset. Deinde precatur ei preclaram famam, atque ut apud omnes inclarescat : « Exsuperes, inquit, benedictiones montium immobilium, desideriumque clivorum æternorum. » Hæc fient in capite Josephi, in vertice quorum ipse dux est fratrum. Haud vocabulum θίνας Aquila, sed βουνοὺς posuit. Sicuti ergo procul conspiciuntur seu colles seu montes, horum instar patriarcha optat conspicuum fieri Josephum atque omnium illustrissimum.

A ἁπάντων ὕμνησε τὸν οἰκεῖον Θεὸν, ὃς καὶ αὐτὸν κρείττονα τοῦ πεπολεμηκότος ἀπέφηνεν ἀδελφοῦ, καὶ τὸν υἱὸν ἅμαχον ἔδειξε παρὰ τοσούτων ἀδελφῶν ἐπιβουλευθέντα. Ταύτης δὲ, φησὶ, τῆς κηδεμονίας τετύχησας, τῆς εἰς τοὺς γεγεννηκότας θεραπείας μισθὸν κομισάμενος· τοῦτο γὰρ λέγει, « Ἕνεκεν εὐλογίας μασθῶν καὶ μήτρας, εὐλογίας πατρός σου καὶ μητρός σου· » γηρωκόμος γὰρ τοῦ πατρὸς σπουδαῖος ἐγεγόνει· τὰ δὲ εἰς αὐτὸν γεγενημένα, κοινὰ αὐτοῦ τε καὶ τῆς μητρὸς εἶναί φησι· ταύτης γὰρ ἂν τῆς κηδεμονίας κἀκείνη ἀπήλαυσεν, εἰ μὴ θᾶττον ἐξῆλθε τοῦ βίου· εἶτα ἐπεύχεται αὐτῷ περιφάνειαν, ὥστε γενέσθαι αὐτὸν παρὰ πᾶσιν ἐπίσημον. « Ὑπερισχύσαις γὰρ, φησὶν, ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αἰωνίων· » ἔσονται ἐπὶ κεφαλῆς Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὧν ἡγήσατο ἀδελφῶν· τὸ δὲ θῖνας ὁ Ἀκύλας βουνοὺς ἡρμήνευσεν· ἐπειδὴ τοίνυν πόρρωθεν ὁρῶνται καὶ οἱ βουνοὶ καὶ τὰ ὄρη, τούτοις παραπλησίως εὔχεται γνώριμον αὐτὸν γενέσθαι καὶ πάντων περιφανέστατον.

B

7. Denique Benjaminum dixit lupum rapacem propter eam quæ contigit huic tribui cladem. Idcirco adjecit : « Mane comedet, vespere cibum distribuet [49]. » Nam primo alteroque congressu superiores Benjamitæ, ad extremum funditus deleti fuerunt, paucis admodum exceptis, quibus victores misericordia commoti feminas quidem in matrimonium ob sacramenti religionem non tradiderunt, aliter tamen eis nuptias conciliaveruut. Neque tamen nesciendum est nonnullos hoc vaticinium ad divum Paulum traxisse : hic enim lupi ritu noxius Ecclesiæ fuit in domos irrumpens ; postea vero spiritalem escam orbi distribuit. Postquam hæc Jacobus dixisset, suumque obitum nuutiavisset, pergit dicere historicus : Collectis in lectulo pedibus, animam egit, et ad populum suum appositus est. Id ipsum Abrahamo quoque dixerat communis Deus : « Tu vero abibis ad patres tuos, bona senectute nutritus [50]. » Hinc etiam Dominus Sadducæorum incredulitatem coarguebat dicens : « quod autem mortui surrecturi sint, nonne legistis ? Ego Deus Abrahami et Isaaci et Jacobi [51]. » Non est Deus, mortuorum Deus, sed viventium. » Ipsi gloria in sæcula. Amen.

ζ. Τὸν δὲ Βενιαμὶν λύκον ἅρπαγα κέκληκε διὰ τὸ συμβεβηκὸς πάθος τῇ τούτου φυλῇ. Διὸ ἐπήγαγε· « Τὸ πρωϊνὸν ἔδεται, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας διαδώσει τροφήν· » ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ συμπλοκῇ νενικηκότες, ὕστερον ἅρδην ἀπώλοντο, πλὴν εὐαριθμήτων τινῶν ὀλίγων, οὓς οἱ νενικηκότες οἰκτείραντες, δοῦναι μὲν αὐτοῖς γυναῖκας διὰ τὸν ὅρκον ὑπείδοντο, ἑτέρως δ' αὐτοῖς τὸν γάμον ἐμηχανήσαντο· εἰδέναι δὲ χρὴ ὡς τινες τήνδε τὴν πρόῤῥησιν εἰς τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἵλκυσαν (61)· λύκου γὰρ δίκην ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, ὕστερον δὲ τὴν πνευματικὴν τροφὴν τῇ οἰκουμένῃ διέθωκε. Ταῦτα τοῦ Ἰακωβ εἰρηκότος, καὶ τὴν οἰκείαν τελευτὴν μεμηνυκότος, ὁ συγγραφεὺς ἔφη· « Καὶ ἐξάρας τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κλίνην ἐξέλιπε, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ· » τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς Ἀβραὰμ ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ· » ἐντεῦθεν καὶ ὁ Κύριος τὴν τῶν Σαδδουκαίων ἀπιστίαν διήλεγξεν εἰρηκώς· « Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ οὐκ ἀνέγνωτε ; Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. » Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

C

QUÆSTIO CCLXI [*Coisl.* CCLXXXI, *Taur.* CCLXX].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΑ'.

Quid hoc ostendat rubum ardere nec comburi.

Τί δηλοῖ τὸ, τὴν βάτον καίεσθαι καὶ μὴ κατακαίεσθαι ;

D

Edita a Maio (Nov. Coll. t. IX, p. 126). — Exod. III, 2.

Hoc Dei potentiam atque amorem in homines proclamat quod rubum qui lignosus erat non combussit inexstinguibilis ignis. Præterea censeo ab hoc Israel repræsentari qui ab Ægyptiis vexatus non tamen periturus erat, vel etiam Filium Unigenitum qui, postquam naturam humanam sumpsisset atque in sinu virginis habitavisset, ei integram vir

Τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ φιλανθρωπίαν κηρύττει, ὅτι φρυγανώδη οὖσαν οὐκ ἀνήλισκε τὸ ἄσβεστον πῦρ· οἶμαι δὲ δι' αὐτοῦ παραδηλοῦσθαι καὶ ὅτι ὁ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐπιβουλευόμενος οὐκ ἀναλωθήσεται· ἔτι δὲ καὶ ὡς ὁ Μονογενὴς ἐνανθρωπήσας καὶ παρθενικὴν ἐνοικήσας νηδύν, φυλάξει τὴν παρθενίαν ἀκήρατον· φασὶ δέ τινες ἐν βάτῳ φανῆναι τὸν Θεὸν,

[46] Judic. XX ; XXI. [50] Genes. XV, 15. [51] Marc. XII, 26

NOTÆ.

(61) In his Hieronymus ep 38,. 1, et quæst. in Genes. nec non in opusculo quod ejus nomen jactat, *De benedictionibus Jacob*.

καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ φυτῷ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα ἐκ βάτου γλύψαι Θεόν· εἰκὸς γὰρ ἦν Ἰουδαίους καὶ τοῦτο τολμῆσαι, εἴπερ ἐν ἄλλῳ ὤφθη φυτῷ.

ginitatem servavit. Dicunt quidam Deum rubi quidem non autem alius plantæ formam induisse, quia non potest ex rubo cælari Deus. Verisimile est Judæos hoc tentare ausuros fuisse si Deus in alia planta visus esset.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΒ'.

Ἡ λέπρωσις τῆς χειρὸς τί δηλοῖ;

QUÆSTIO CCLXII [*Coisl.* CCLXXXII, *Taur.* CCLXXI].

Leprositas manus quid significet.

Edita a Maio (l. c. 126 q. 271).— Exod. IV, 6.

Ἐν εὐσεβείᾳ τραφὲν τὸ γένος τοῦ Ἰακὼβ εἰς τὴν Αἴγυπτον εἰσελήλυθεν· ἀλλ' ἐκεῖ τῶν Αἰγυπτίων μετέμαθε τὴν ἀσέβειαν· τῆς ἐκείνων δὲ δουλείας ἀπαλλαγὲν μετέμαθε τὸν τῶν ὅλων Θεόν· δεδήλωκε τοίνυν διὰ τῆς ἀλλοιώσεως τῆς χειρός, τὴν λέπρωσιν αὐτῶν καὶ τὴν κάθαρσιν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἕτερον ᾠκονόμει ὁ Θεός· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὸν περὶ τῶν λεπρῶν τιθέναι νόμον καὶ ἀκαθάρτους τούτους προσαγορεύειν, ἕτερα διὰ τούτων οἰκονομῶν ἐλέπρωσε τοῦ νομοθέτου τὴν χεῖρα τὴν τὰ τέλεια πεπαιδευμένην, διδάσκων ὡς οὐδὲν τῶν τοιούτων τἀληθεῖ λόγῳ ἀκάθαρτον· πῶς γὰρ ἀκάθαρτον τὸ ἀκούσιον; διὸ ἡ τὰ θαύματα ἐκεῖνα ἐργασαμένη δεξιὰ, λεπρὰ πρότερον γενομένη ταῖς θεοσημείαις ὑπούργησε· τοῦτο δὲ καὶ τὸν νομοθέτην ἐπαίδευσε μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλ' εἰδέναι τὴν φύσιν τῆς λεπρωθείσης ἀναμιμνησκόμενον δεξιᾶς.

Educatum in pietate Jacobi genus Ægyptum ingressum erat. Hic vero Ægyptiorum didicit impietatem ; quorum servitio liberatum rursus didicit omnium rerum Deum. Ostendit igitur, per hanc manus immutationem, horum et leprositatem et purgationem. Prætereaque aliud etiam constituit Deus cum enim prope esset ut Hebræi in leprosos B legem ferrent eosque immundos declararent, alia Deus providens leprosam effecit legislatoris manum quæ ad tantas res apta erat, docens nihil tale revera immundum esse. Quo pacto enim quod non sponte fit immundum sit ? Quam ob causam quæ tot mirabilia peregerat, hæc dextra leprosa prius facta operam postea navavit prodigiis divinis. Hoc quoque legislatorem ipsum Deus edocuit, non superbire, propriæ naturæ scientem, dextræque antea leprosæ haud immemorem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΓ'.

Διατί ἠβουλήθη ὁ ἄγγελος ἀνελεῖν τὸν Μωϋσῆν;

QUÆSTIO CCLXIII *Coisl.* CCLXXXIII. *Taur.* CCLXXII].

Qua de causa voluerit angelus occidere Moysen (63).

Edita a Maio (l. c. p. 126, q. 272). — Exod. IV, 24.

Ἡ γυνὴ μὲν ἐτόπασε διὰ τὸ θάτερον τῶν παίδων ἀπερίτμητον εἶναι, διὸ καὶ αὐτίκα περιέτεμε· τινὲς δέ φασι, διότι ἐπ' ἐλευθερίᾳ πεμφθεὶς τῶν ὁμοφύλων, κοινωνὸν τῆς ὁδοῦ ἐπήγετο τὴν ὁμόζυγα, οὓς C ἐχρῆν συνιδεῖν ὅτι πεῖσαι τὸν κηδεστὴν βουλόμενος ὡς οὐκ ἀμελήσει τῆς γυναικός, οὐδ' αὐτῆς ἄλλην προτιμήσει, ταύτην ἠναγκάσθη συνεπάγεσθαι, ἀλλ' οὐ καταφρονητικῶς διακονῶν τῷ θείῳ προστάγματι· αὐτίκα γοῦν λαβὼν τὴν ἀφορμὴν τοῦ ἀγγέλου, ταύτην ἀναστρέψαι πρὸς τοὺς οἰκείους προσέταξε· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἡ ἱστορία διδάσκει· μετὰ γὰρ τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου διαβάντων αὐτῶν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ εἰς τὸ Σίναιον ὄρος παραγεγονότων ἀφίκετο σὺν τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς δύο παισὶν ὁ κηδεστὴς πρὸς αὐτόν· τοιγάρτοι ἄλλο κατασκευάζων ὁ ἄγγελος, ἔδειξε τὴν ῥομφαίαν γυμνήν· ἐπειδὴ γὰρ ὁ μέγας Μωϋσῆς ἐδεδίει τὸν Φαραὼ, ὡς πολλαχοῦ τὸ δέος ἐδήλωσε, νῦν μὲν λέγων· « Τίς εἰμι ἐγὼ ὅτι πορεύσομαι πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου; » νῦν δὲ· « Προχείριται ἄλλον δυνάμενον ὃν ἐξαποστελεῖς· » καὶ πάλιν· « Ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσός εἰμι ἐγώ· » ἀπειλεῖ αὐτῷ τιμωρίαν ὁ ἄγγελος, φόβῳ φόβον ἐξελαύνων, τῷ μείζονι τὸν ἐλάττονα, μονονουχὶ λέγων διὰ τῆς γεγυμνωμένης

Quia, ut conjecit Moysis uxor, unus e duobus pueris incircumcisus erat ; ideo quoque statim circumcidit eum ; vel quia ut aliis placet, missus Moyses ad emancipandos populares, sociam itineris conjugem secum duxit. At illi intelligere debuissent Moysen ita fecisse ut socero suo persuasum esset fore ut ipse minime uxorem negligeret nec aliam præferret ; quare illam secum ducere coactus est, sed nequaquam contemptu divini mandati. Statim igitur, accepto angeli impetu, præcepit uxori ut ad patrem suum rediret. Quod fuisse verum historia testatur. Etenim, post exitum ex Ægypto, cum Judæi Rubrum mare trajecissent pervenissentque ad Sinai montem, socer Moysis cum ejus muliere duobusque pueris eum adiit. Proinde ad aliud spectans angelus ostendit nudum gladium Cum enim Pharaonem timeret magnus Moyses, ac metum persæpe jam declaravisset modo dicens : « Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem Ægyptiorum D regem [52] ? » modo : « Elige alium fortem virum quem mittes, » rursusque : « Impeditioris et tardioris liuguæ ego sum, [53], » ab illo pœnas sumpsit angelus, metu metum expellens, majore minorem, prope modum nudo gladio dicens : « Pharaonem

[52] Exod. III, 11 et seqq. [53] Exod. IV, 10.

NOTÆ.

(62) Ex Theodoreto q. 10 in Exod. l. c. p. 231.

(63) Est Theodoreti q. 14 in Exod. l. c. p. 242.

times, potius me timeas qui tibi vel invisibiliter vulnera infligere possum. »

ρομφαίας· « Εἰ τὸν Φαραὼ δέδοικας, μᾶλλον δεῖσον ἐμὲ τὸν καὶ ἀοράτως σοι τὴν πληγὴν ἐπάγειν δυνάμενον. »

QUÆSTIO CCLXIV [*Coisl.* CCCVII, *Taur.* CCXCVI].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΔ'.

Qua de causa fugientibus præceperit exsequi Paschæ ferias.

Διατί φεύγουσιν ἐπιτελέσαι προσέταξε τοῦ Πάσχα τὴν ἑορτήν;

Edita a Maio (l. c. p. 127-129, q. 273). — De præcepto Exodi XII, 11.

In perpetuum voluit ab iis obtineri conservationis memoriam, ideoque dixit legislator : « Si interrogabit filius tuus dicens : Quid est Pascha ? respondes : In hodierna die eduxit patres nostros Dominus Deus de Ægypto [54], » et cætera. Quamobrem jubentur qui has ferias exsequuntur, itineris veste circumdari. « Renes vestros accingetis[55]. » Hoc putem vocabulum *Pascha* Philo interpretatur sacrificia pro transitu ; Josephus transgressionem ; Symmachus transgressiones ; Theodotius *Phasek*, ipso Habraico usus verbo, quo significatur exterminatorem a primogenitis Hebræorum abstinuisse. Jussi fuerant enim fasciculum hyssopi sumere, mactatæque ovis cruore immersis, postes et limen illinere, ut cum immineret exterminator percutiendis Ægyptiorum primogenitis, cruorem aspicieus, Hebræorum domos transgrederetur. Iis quidem signis non opus erat experti corporis angelo, sed Judæis ut symbolo Dei sollicitudinem discerent, nosque qui Agnum labe carentem immolamus, hunc figuris prædescriptum novissemus. — Nec ex ovibus agnos solum sumere jubet, sed etiam ex capris hædos, non ut mactarent utrumque simul, sed ut qui ovem haberet, agnum mactaret, qui vero non haberet, hædum. Die decimo primi mensis jubet hostias desumere quæ pararentur ante festum, et quarto decimo die sub vesperum mactarentur, quia christus vespere Judæis traditus est ; cum silvestribus intybus hostiam comedere debebant. memores amarissimæ in Ægypto vitæ. Azyma significant non solum itineris celeritatem, cœnamque improvisam, sed etiam Judæos, ut par erat, nihil vestigii e moribus Ægyliis secum allaturos. Sic enim Dominus interpretatur dicens : « Cavete a fermento scribarum et pharisæorum [56]. » Jussitque eos qui ad agni sacrificium pares non essent, vicinos sibi socios asciscere, et una cum eis Pascham immolare. Sic illos fraternam charitatem docet et in pauperes commiserationem. idcirco jussi fuerunt carnium redundantiam comburere, ut cogerentur inopes ad communionem feriarum.

Ἀείμνηστον ἠβουλήθη φυλαχθῆναι τῆς σωτηρίας τὴν μνήμην· διὸ καὶ νομοθετῶν ἔλεγεν· « Ἐὰν ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου λέγων· Τί ἐστι τὸ Πάσχα ; ἐρεῖς, Ὅτι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἐξήγαγε τοὺς πατέρας ἡμῶν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῆς Αἰγύπτου, » καὶ ἑξῆς. Τούτου χάριν παρακελεύεται ταύτην ἐπιτελοῦντας τὴν ἑορτὴν περικεῖσθαι τὸ τῆς ὁδοιπορίας σχῆμα· « Ἔστωσαν γὰρ αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, » καὶ ἑξῆς· τὸ δὲ Πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἡρμήνευσε διαβατήρια· ὁ δὲ Ἰώσηππος, ὑπερβάσια· ὁ δὲ Συμμαχος, ὑπερβάσεις· ὁ δὲ Θεοδοτίων, φασέκ, αὐτὴν τὴν Ἑβραίαν τεθεικὼς φωνήν· σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα, τῶν Ἑβραίων πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν· παρεκελεύσατο γὰρ δέσμην ὑσσώπου λαβεῖν καὶ τῷ αἵματι τοῦ θυομένου προβάτου ἐμβάψαντας τοὺς σταθμοὺς ἐπιχρίσαι [καὶ] τὴν φλιάν, ἵνα ὅταν ἐπιστῇ ὁ ὀλοθρεύων πατάξαι τὰ πρωτότοκα των Αἰγυπτίων, ἰδὼν τὸ αἷμα, ὑπερβῇ τῶν Ἑβραίων τὰς οἰκίας, οὐκ ἐπειδὴ τοιούτων ἐδεῖτο σημείων ἡ ἀσώματος φύσις, ἀλλ', ὅτι διὰ τοῦ συμβόλου ἔδει μακεῖνους μαθεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, καὶ ἡμᾶς τοὺς τὸν ἄμωμον Ἀμνὸν θύοντας γνῶναι προδιαγράφοντα τὸν τύπον· οὐκ ἐκ τῶν προβάτων δὲ μόνον ἄρνας λαβεῖν κελεύει, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν αἰγῶν ἐρίφους· οὐχ ἵνα κατὰ ταυτὸν ἐκεῖνον θύσωσιν, ἀλλ' ἵνα ὁ μὲν πρόβατον, τὸν ἀρνόν· ὁ δὲ μὴ ἔχων, τὸν ἔριφον θύσῃ· τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ πρώτου μηνὸς παρεγγυᾷ τοῦτο λαβεῖν ἵν' εὐτρεπίσῃ πρὸ τῆς ἑορτῆς· τῇ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τυθῆναι πρὸς ἑσπέραν· ὅτι καὶ ὁ Δεσπότης τὴν ἑσπέραν τοῖς Ἰουδαίοις παρεδόθη· μετὰ πικρίδων δ' αὐτὸ βρωθῆναι, εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πικροτάτης ζωῆς· διὰ δὲ τῶν ἀζύμων οὐ μόνον τῆς ὁδοιπορίας τὸ σύντομον καὶ τὸ τῆς τροφῆς αὐτοσχέδιον, ἀλλὰ καὶ ὅτι προσήκει μηδὲν ἴχνος τῆς Αἰγυπτιακῆς πολιτείας ἐπιφέρεσθαι· οὕτω γὰρ ὁ Κύριος ἡρμήνευσε· « Προσέχετε, λέγων, ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων· » ἐκέλευσε δὲ καὶ τοὺς μὴ διαρκοῦντας εἰς θυσίαν προβάτου παραλαβεῖν τοὺς γείτονας καὶ κατὰ ταυτὸν θῦσαι τὸ Πάσχα, φιλαδελφίαν αὐτοὺς ἐκπαιδεύων καὶ τὸν εἰς τοὺς πένητας ἔλεον· διὰ τοῦτο παρακελεύεται καὶ τὰ περιττεύοντα τῶν κρεῶν κατακαίεσθαι, ταύτῃ καταναγκάζων αὐτοὺς καλεῖν τοὺς δεομένους εἰς κοινωνίαν της ἑορτῆς.

Hæc omnia nostrorum sunt mysteriorum ænigmata. Linimus enim et nos cruore nostri Agni non solum limen, sed etiam duos quoque postes ; figurate quidem linguam et labra mundantes et sancti-

Ταῦτα δὲ πάντα τῶν ἡμετέρων ἐστι μυστηριων αἰνίγματα· χρίομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τῷ αἵματι τοῦ ἡμετέρου Ἀμνοῦ οὐ μόνον τὴν φλιὰν ἀλλὰ καὶ τοὺς δύο σταθμοὺς, κατὰ μὲν τὸ ὁρώμενον τὴν γλῶτταν

[54] Exod. XII, 51. [55] ibid. 11 [56] Matth. XVI, 11.

NOTÆ.

(64) Est Theodoreti q. 24, in Exod., p. 250

καὶ τὰ χείλη καθαίροντές τε καὶ ἁγιάζοντες· κατὰ δὲ τὸ νοούμενον ἀντὶ φλιᾶς τὸ λογικὸν· ἀντὶ δὲ τῶν δύο σταθμῶν, τὸ θυμοειδὲς καὶ ἐπιθυμητικόν· ἁρμοττει δὲ ἡμῖν καὶ τὸ μήτε ὠμὰ, μήτε ἑψημένα, ἐσθίειν, ἀλλ' ὀπτὰ πυρί· οὔτε γὰρ μόνῳ τῷ ὁράματι προσβλέπομεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν ἐρευνῶμεν, οὔτε μὴν ἀνθρωπίνους λογισμοὺς τοῖς θείοις ἐπεισάγομεν λογοις· τοῦτο γὰρ καὶ Ἡσαίας τινῶν κατηγόρησεν, ὡς ἀναμιγνύντων ὕδατι τὸν οἶνον· ἀλλὰ μόνῳ χρώμεθα τῷ θείῳ πυρὶ, τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτι· τὸ δὲ μὴ καταλιπεῖν τῶν κρεῶν εἰς τὴν ὑστεραίαν, οὕτω νοοῦμεν· ὅτι ὁ μέλλων βίος τῶν συμβόλων οὐ δεῖται· αὐτὰ γὰρ ὁρῶμεν ἐν ἐκείνῳ τῷ πράγματι· τὰ δὲ ὀστᾶ τοῦ προβάτου συντρίβουσιν οἱ κακῶς τὰ θεῖα νοοῦντες Λόγια καὶ εἰς τὴν οἰκείαν αὐτὰ πειρώμενοι μεταφέρειν ἀσέβειαν· τὸ δὲ μὴ μόνον ἐκ προβάτων ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐρίφων λαμβάνειν, τὴν θείαν πάλιν κηρύττει φιλανθρωπίαν· οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ δικαίων ὁ Χριστὸς ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλον τὸ σωτήριον ὑπομεμένηκε πάθος· ἔριφον γὰρ ὑπὲρ ἁμαρτωλοῦ ὁ νομος προσφέρειν ἐκέλευσε· καὶ τῶν θείων δὲ μυστηρίων οἱ μεταλαμβάνοντες, οἱ μὲν ὡς προβάτου μεταλαμβάνουσιν, ἅτε δὴ τελείαν τὴν ἀρετὴν κεκτημένοι· οἱ δὲ ὡς ἐρίφου, διὰ μετανοίας ἐξαλείφοντες τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν οὐκ ἐκ σιτίνων μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκ κριθίνων τοὺς συνελθόντας ἄρτων διέθρεψε· καὶ ἡμῖν δὲ διεκέλευσεν ἔχειν τὰς ὀσφύας περιεζωσμένας καὶ τοὺς πόδας ὑποδεδεμένους καὶ τοὺς λύχνους καιομένους, ὡς οἰκέτας δεσπότην προσμένοντας· ἀλλ' Ἑβραῖοι μὲν ὡς Αἰγυπτίων ἀπαλλαττόμενοι καὶ εἰς τὴν Χαναναίων γῆν εἰσαγόμενοι τοῦτο εἶχον τὸ σχῆμα· ἡμεῖς δὲ ὡς ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον μεθιστάμενοι βίον.

ficantes, revera autem pro limine intellectum, pro duobus postibus animum et cupiditates. Hæc quoque : « Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni [57], » ad nos pertinent qui non ad speciem tantum respicimus, sed mentem etiam indagamus, nec humanas rationes divinis asciscimus. Quod etiam Isaias quibusdam exprobravit, quasi vinum cum aqua miscuissent ; sed solo divino igne utimur, scilicet sancti Spiritus gratia. — Quod non oporteat ad posterum diem linquere carnes sic intelligimus : futuræ vitæ non opus esse symbolis. Idem sequentia declarant. Ossa enim agni conterunt qui male oracula divina intelligunt, et ad impietatem suam ea referre conantur. Quod non oporteat solum ex ovibus, sed etiam ex hædis hostias desumere, hoc rursus divinum in homines proclamat amorem, non enim solum pro justis Christus, sed etiam pro peccatoribus salutarem pertulit passionem. Nam hædum pro peccatoribus lex offerre jussit : ex iis autem qui sacra mysteria participant, alii quidem quasi in partem agni veniunt, utpote virtutem eximiam adepti, alii vero quasi in partem hædi, scilicet qui pœnitentia maculas peccatorum oblitterant. Sic enim Dominus noster non e frumentario solum, sed etiam ex hordeaceo pane turbam enutrivit, et nobis præscripsit lumbos cinctos habere, et pedes calceatos, et lucernam accensam ut famulis dominum exspectantibus. Ut igitur Hebræi de Ægypto exire jussi, migrantesque in Chanaan hunc cultum habebant, habeamus et nos qui ex hac vita in alteram migramus.

Διὰ τοῦτο καὶ ἡμῖν ὁ θεῖος παρακελεύεται Παῦλος βοῶν· « Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην· » καὶ ἑξῆς εἰπών· « Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴν ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. » Ἄνωθεν δὲ προμεμηνυκε τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν ὁ Θεός· καὶ γὰρ προσηλύτους μεταλαγχάνειν τοῦ Πάσχα προσέταξε. Γιόραν γὰρ τὸν προσήλυτον ἐκάλεσεν, καὶ ἰσονομίας αὐτῷ μετέδωκεν· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, ὡς αὐτόχθων τῆς γῆς· » καὶ τὸ « Ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, » φυλάττουσιν οἱ πιστοὶ, ἐν μόνῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν θείων μεταλαμβάνοντες μυστηρίων, τὰς δὲ τῶν αἱρετικῶν συναγωγὰς βδελυττόμενοι· τὰ μέντοι πρωτότοκα καὶ τῶν προβάτων καὶ τῶν βοῶν προσφέρεσθαι νενομοθέτηκε, τῆς τῶν πρωτοτόκων αὐτοὺς σωτηρίας ἀναμιμνήσκων· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τῶν θυμάτων ἐδεῖτο, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ὠφέλειαν ἐπραγματεύετο· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος δηλοί· « Ἐὰν γὰρ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου, Τί ἐστι τοῦτο ; » καὶ ἑξῆς, ἕως τοῦ, « Διὰ τοῦτο ἐγὼ θύω τῷ Κυρίῳ πᾶν διανοῖγον μητραν, τὰ ἀρσενικὰ καὶ πᾶν πρωτότοκον τῶν υἱῶν σου λυτρώσομαι· καὶ ἔσται εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρός σου καὶ ἀσάλευτον πρὸ ὀφθαλμῶν· ἐν γὰρ

Qua de causa et nos divus adhortatur Paulus, clamans : « Expurgate vetus fermentum [58], » et reliqua, dicens : « Itaque epulemur non in veteri fermento, nec in malitiæ et vitii fermento, sed in azymis sinceritatis veritatisque [59]. » A longe prænuntiavit gentilium salutem Deus qui proselytos Paschæ fieri participes jussit. Etenim proselytum appellavit, eique juris æquabilitatem dedit. « Erit enim, inquit, ut terræ indigena. Hoc autem Pascha in una domo comedetur [60], » observant fideles qui una in ecclesia sacrorum participes mysteriorum sunt, et ab hæreticis conventibus abhorrent. Attamen primogenita ovium et boum offerri Hebræis præcepit Dominus, ut primogenita eorum servata fuisse iis in memoriam revocaret. Nullo enim modo ei victimis opus erat, hoc autem ad Haebræorum utilitatem spectabat. Quod idem ostendit lex. « Cumque interrogaverit te filius tuus : Quid est hoc [61]. » et reliqua usque ad hoc : « Idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus et omnia primogenita filiorum meorum redimo, et erit igitur quasi signum in manu tua, quasi appensum qui ob recordationem inter oculos tuos

[57] Exod. xii, 9. [58] I Cor. v, 7. [59] ibid. 8. [60] Exod. xii, 46. [61] Exod. xiii, 14.

eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto. Proinde hæc omnia non pro re Domini, sed pro populi commodis evenerunt.

χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγέ σε Κύριος ἐξ Αἰγύπτου. » Τοιγάρτοι τούτων ἕκαστον οὐ τῆς τοῦ Θεοῦ χρείας ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς τοῦ λαοῦ ἐγένετο ὠφελείας.

QUÆSTIO CCLXV [*Coisl.* CCLXXXIV, *Taur.* CCLXXIII].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΕ΄.

Quomodo intelligere oporteat hæc Apostoli verba : « Omnes in Moyse baptizati sumus, » et reliqua, usque ad « Hic vero lapis erat Christus (65). »

Πῶς νοητέον τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον, « Πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσθημεν, » καὶ ἑξῆς, ἕως· « Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός ; »

Edita a Maio (l. c. p. 129, 130, q. 274). — In I Cor. x, 1, 4, et Exod. xiii, 21, xiv, 22.

Figura erant novarum antiquæ res et umbra quidem lex, corpus vero quoddam gratia. Cum igitur persequerentur Hebræos Ægyptii, iique transgressi sunt mare Rubrum, et amara Ægyptiorum servitute liberati sunt, figura fuit baptisterii mare, Spiritus sancti nubes, Christi Salvatoris Moyses, crucis virga, diaboli Pharao, dæmonum Ægyptii, divini cibi manna, redemptoris sanguinis aqua e saxo. Ut enim illi postquam transgressi fuerunt Rubrum mare inusitato cibo et mirabili fonte fruiti sunt, sic nos postquam per baptisma salvati fuimus divinorum mysteriorum participes facti sumus.

Τύπος ἦν τῶν νέων τὰ παλαιά, καὶ σκιὰ μὲν ὁ νόμος, σῶμά τι δὲ ἡ χάρις· ἐπειδὴ τοίνυν ἐδίωκον τοὺς Ἑβραίους οἱ Αἰγύπτιοι, διαβάντες δὲ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν οἱ Ἑβραῖοι τῆς πικρᾶς τῶν Αἰγυπτίων ἀπηλλάγησαν δεσποτείας, τύπον ἔχει τῆς κολυμβήθρας ἡ θάλαττα· ἡ δὲ νεφέλη, τοῦ Πνεύματος· ὁ δὲ Μωϋσῆς, τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· τοῦ σταυροῦ δὲ, ἡ ῥάβδος· τοῦ διαβόλου δὲ, ὁ Φαραώ· τῶν δαιμόνων, οἱ Αἰγύπτιοι· τὸ δὲ μάννα, τῆς θείας τροφῆς· τὸ δὲ τὴς πέτρας ὕδωρ, τοῦ σωτηρίου αἵματος· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι μετὰ τὸ διαβῆναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ τῆς ξένης τροφῆς καὶ τοῦ παραδόξου ἀπήλαυσαν νάματος, οὕτως ἡμεῖς μετὰ τὸ σωτήριον βάπτισμα, τῶν θείων μεταλαγχάνομεν μυστηρίων.

QUÆSTIO CCLXVI [*Coisl.* CCLXXXV, *Taur.* CCLXXIV].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΕΣϚ΄.

Quomodo incolume sit æquum filiis pro patribus punitis (66).

Πῶς τὸ δίκαιον σώζεται, τῶν παίδων ὑπὲρ τῶν πατέρων κολαζομένων ;

Edita a Maio (l. c. p. 129, 130, q. 275). — Exod. xx, 5.

Majores apud Deum sunt minæ pœnis ; dicit enim : « Quicunque incircumcisus erit masculus, nec circumcidetur die octavo, exterminabitur. » Sed videre possumus quosdam circumcisos diverse tamen in deserto interemptos ; alios vero, incircumcisos, pro pœnis, ea consecutos quæ majoribus promissa fuerant. Hos enim circumcidit Josue Galgalis. Rursus domibus fermentum habentibus ruinam minatus est, sed non immisit. Deinde etiam qui pueros diligebant, hos terret minis, dicitque, « Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam quartamque generationem eorum qui oderunt me [62]. » Porro adhibere fidem huic nudo verbo impium esse ipse Deus docet, contraria ostendens ; dicit etenim : « Non occidentur filii pro patribus, nec patres pro filiis, sed unusquisque pro peccato suo morietur [63]. » Et in Ezechiel : « Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud dicentes : Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt. Vivo ego, dicit Dominus, si erit ultra vobis parabola. Hæc in proverbium in Israel ; sed comedentium acerbam uvam obstupescunt dentes. Ecce enim omnes animæ meæ sunt [64]. » Quæque sequuntur hunc habent sensum. Ego autem puto potius divinum in homines amorem repræsentari

Μείζους τῶν κολάσεων παρὰ τῷ Θεῷ αἱ ἀπειλαί φησὶ γάρ· « Πᾶς ἀπερίτμητος ἄρσην ὃς οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται· » ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν τοὺς μὲν περιτετμημένους ἐν τῇ ἐρήμῳ διαφόρως ἀναιρεθέντας· τοὺς δὲ ἀπεριτμήτους, καὶ τῆς τῶν προγόνων ἐπαγγελίας ἀντὶ τῆς τιμωρίας τετυχηκότας (τούτους γὰρ ἐν Γαλγάλοις ὁ Ἰησοῦς περιέτεμε), πάλιν ταῖς ἐχούσαις ζύμην οἰκίαις πανωλεθρίαν ἠπείλησεν, ἀλλ' οὐκ ἐπήγαγεν· καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ὡς φιλόπαιδας δεδίττεται ταῖς ἀπειλαῖς καί φησιν· « Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με· » ὅτι προσέχειν γυμνῷ τῷ γράμματι ἀσεβὲς, αὐτὸς δι' ὧν τἀναντία διδάσκει ὁ Θεὸς, δῆλον· » Οὐκ ἀποθανοῦνται γὰρ παῖδες ὑπὲρ πατέρων, φησὶν, οὐδὲ πατέρες ὑπὲρ παίδων· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται· » καὶ διὰ Ἐζεκιήλ· » Τίς ὑμῖν παραβολὴ αὕτη λεγόντων· Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακας, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν υἱῶν αἱμωδίασαν ; Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, εἰ ἔσται ἡ παραβολὴ αὕτη, ἀλλὰ τῶν φαγόντων τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες· ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσι· » καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ταύτην τὴν ἔννοιαν ἔχει· ἐγὼ δὲ οἶμαι μᾶλλον τὴν θείαν φιλανθρωπίαν ἐμφαίνειν τὴν ἀπειλήν· πρόκειται γάρ· « τοῖς μισοῦσί με· » τουτέστι μα-

[62] Exod. xx, 5. [63] Deut. xxiv, 16. [64] Ezech. xviii 2.

NOTÆ.

(65) Ex Theodoreto q. 27 in Exod., p. 258.
(66) Ex Theodoreto q. 40 in Exod. t. LXXX, p. 266.

κροθυμῶ τοῖς πατράσιν ἡμαρτηκόσι· μακροθυμῶ καὶ παισίν. Εἰ δὲ οἱ ἔκγονοι καὶ οἱ ἀπόγονοι τὴν τῶν προγόνων ζηλώσαιεν πονηρίαν, τότε ἐπάξω τὴν τιμωρίαν. « Ποιῶν γὰρ, φησίν, ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας τοῖς ἀγαπῶσί με. » Εὕροι δ' ἄν τις καὶ τὴν ἱστορίαν σύμφωνον· πέμπτῃ γὰρ γενεᾷ ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου· ἀλλὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐν Αἰγύπτῳ δεδουλευκότες θεοῖς οὐκ ἔτισαν δίκας, οὔτε οἱ πατέρες αὐτῶν οὔτε οἱ προπάτορες, αὐτοὶ δὲ ζηλώσαντες τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐκολάσθησαν· ὡς μετὰ τοσαύτην εὐεργεσίαν καὶ τὰ μυρία θαύματα τὴν ἀσέβειαν οὐκ ἐκπτύσαντες· οἱ δὲ τούτων παῖδες τὸν Σωτῆρα Θεὸν ἠγαπηκότες τῆς προγονικῆς ἀπήλλαυσαν ὑποσχέσεως· καὶ ὁρῶμεν τὸ ἀψευδὲς τῆς πρὸς τοὺς πατέρας γεγενημένης ἐπαγγελίας· τὰ γὰρ ἔθνη διὰ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ τῆς εὐλογίας τετύχηκεν· ἐπειδὴ τοίνυν τὸν μόσχον ἔμελλον προσκυνεῖν, προσπειλεῖ τὴν τιμωρίαν.

minis. Ultima enim verba sunt « qui oderunt me, » id est, patiens ego in patres peccatores, patiens et in filios. Si autem prima secundaque progenies avitæ malitiæ æmula fuerit, tunc his pœnas immittam ; namque, dicit Dominus, « Misericordiam facio in millia his qui diligunt me [65]. » Quod præsenti ex historia facile constat. Quinta enim generatione filii Israel de Ægypto ascenderunt ; qui autem Ægyptiorum diis in Ægypto inservierant, non multati sunt, neque patres eorum, nec patres patrum, sed ipsi pœnas dederunt æmuli paternæ impietatis, qui post tanta beneficia, postque tam multa prodigia impietatem non respuerant. At horum filii postquam Salvatorem Deum amarunt, iis fruiti sunt quæ patribus promissa erant, quæque ipsi comperimus vere majoribus prænuntiata. Populi enim per semen Abraham benedictionem obtinuerunt, propterea igitur quod vitulum adoraturi essent, tales Deus pœnas minatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΖ'.

Τί ἐστι ἐξεικονισμένον βρέφος ;

QUÆSTIO CCLXVII [*Coisl.* CCXXXVI, *Taur.* CCLXXV].

Quid sit informatum fetus (67) ?

Edita a Maio (l. c. p. 130, q. 276). — Exod. xxi, 22.

Φασὶ τοῦ σώματος ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλασθέντος, τότε ἐμψυχοῦσθαι τὸ ἔμβρυον· καὶ γὰρ καὶ τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα πρότερον διέπλασεν ὁ Θεὸς, εἶτα ἐνεφύσησε τὴν ψυχήν· κελεύει τοίνυν ὁ νομοθέτης γυναικὸς ἐγκύμονος ἐν μάχῃ ἀμβλωτάσης, εἰ μὲν ἐξεικονισμένον, τουτέστι μεμορφωμένον ἐξέλθοι τὸ βρέφος, φόνον καλεῖσθαι καὶ φόνου δίκην ὑπέχειν τὸν δεδρακότα· ἂν δὲ μή, φόνου μὲν ἀφίεσθαι· οὐ γὰρ ἐμψυχον ἐξημβλώθη· ζημίαν δέ τινα τίνειν.

Aiunt quidam corpori, statim atque in utero formatur, animam afflari. Etenim corpus Adam primum formavit Deus, deinde immisit animam. Præcipit igitur legislator : Si mulier quædam prægnans, inter rixandum percussa, abortivum quidem fecerit, idque jam informatum, id est quadam suscepta hominis forma exierit, habebitur homicida utque homicida punietur facinoris molitor. Sin aliter, reus de cæde quidem absolvetur, non enim vivus infans partus erit, sed quadam tamen pœna multabitur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΞΗ'.

Τὴν σκηνὴν τί δήποτε γενέσθαι προσέταξεν ;

QUÆSTIO CCLXVIII [*Coisl.* CLXXI, *Taur.* CLXX].

Qua de causu tabernaculum fieri Deus præscripserit (68).

Edita a Maio (l. c. p. 131-133, q. 277). — De tabernaculo. Exod. xxvi, 1 seq.

Αὐτὸς ὁ Θεὸς αἰτίαν δεδήλωκε. « Καὶ ποιήσεις γάρ μοι, φησὶν, ἁγίασμα, καὶ ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν· καὶ ποιήσεις κατὰ πάντα ὅσα ἐγὼ δείκνυμί σοι ἐν τῷ ὄρει, τὸ παράδειγμα τῆς σκηνῆς καὶ τὸ παράδειγμα τῶν σκευῶν αὐτῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ νόμον ἐδεδώκει, εἰκὸς δὲ ἦν τινας ὑποτοπάσαι περιγεγράφθαι τὸ Θεῖον, ἐκέλευσε γενέσθαι σκηνήν· ἐκεῖθεν τὴν οἰκείαν ποιούμενος ἐπιφάνειαν, ἐκπαιδεύει τὸν λαὸν τὴν εὐσέβειαν. Ὥσπερ γὰρ τὴν ἐπηγγελμένην ἀπειληφότων, νεὼν γενέσθαι προσέταξε, καὶ τὰς θείας λειτουργίας ἐν τούτῳ γίνεσθαι προσέταξεν, ἵνα μὴ ἀδεῶς τοῦτο δρῶντες τῇ τῶν δαιμονίων περιπέσωσι πλάνῃ, οὕτω τὴν ἔρημον διαβαίνουσι σκηνὴν γενέσθαι προσέταξε, μεταβῆναι καὶ αὐτὴν δυναμένους· καὶ ἀπαιρόντων, ἡγεῖσθαι προσέταξεν· ἵνα μὴ ζητῶσιν πάλιν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται αὐ-

Deus ipse causam attulit dicens : « Et facies mei sanctuarium, et habitabo in medio vestrum, secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est, similitudinem tabernaculi et similitudinem vasorum in cultum ejus [66]. » Cum enim in monte Sinai legem dedisset, verisimileque esset quosdam credituros circumscriptam esse numini habitationem, jussit fieri tabernaculum, unde propria ac peculiari manifestatione populum pietatem doceat. Utque nos, quibus promissa persoluta sunt, templum habere jussit Deus in quo liturgia quædam servaretur, ne sacra absque reverentia facientes facile in dæmonum insidiis caderemus, sic Hebræis desertum transeuntibus Deus præscripsit ut esset tabernaculum ; idque qui valerent asportarent, utque asportantes anteirent, ne rursus qui ex Hebræis

[65] Exod. xx, 6. [66] Exod. xxv, 8.

NOTÆ.

(67) Ex Theodoreto q. 48 in Exod. Vide t. LXXX, p. 271.

(68) Ex Theodoreto q. 60 in Exod. T. LXXX, p. 279.

præcedebant. sibi deos quærerent, utque, populo assidente, assiderent. Prætereahabet tabernaculum quasi creationis imaginem. Ut enim, postquam cœlum et terram fecisset Deus, in medio collocavit firmamentum, quo secernerentur cœlestia terrestribus, haud aliter, postquam sanctuarium esse unum præscripsisset, in medio ejus poni jussit velumquod esset pro firmamento. Sic arca in duas divisa est partes; partem autem quæ juxta portam erat sanctuarium appellavit, interiorem vero Sancta sanctorum ; utque dicit David : « Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum [67], » sic exterior sanctuarii pars data est sacerdotibus, interior vero intacta remansit, nullique unquam patuit, nisi summo pontifici, et semel modo quotannis.

